

Biblioteca Universitaria
GRANADA
3518 A
1
Tabla
313

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

1
3-101

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

Del Colegio de Salamanca a J. B. Granada B.
R. 1546

LVDOVICI DORLEANS

VNIUS EX CONFOEDERATIONE
pro Catholica fide Parisiensibus

A D


A. S. Vnum ex sociis pro haeretica
fidia Turonensibus,



EXPOSTVLATIO.

Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo
pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nu-
ditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam: &
proiiciam super te abominaciones; &
contumeliis te afficiam, & po-
nam te in exemplum.

Nahum 3.



L V G D V N I,
APVD
IOANNEM BAPTISTAM BVYSSON.
M. D. X C I I I.



L V D O V I C I
D O R L E A N S V N I V S E X
C O N F O E D E R A T I S P R O
C A T H O L I C A F I D E

Parisiensibus.

A D

A. S. Vnum ex socijs pro hæretica per-
fidia Turonensibus.

E X P O S T U L A T I O.

*P*ARA VI LUCERNAM
CHRISTO MEO: INI-
MICOS EIVS INDVAM
CONFVSIONE: SVPER
IPVAM AVTEM EFFLO-
REBIT SANCTIFICA-
TIO MEA. *Psal. lxi.*



PERLATA sunt ad nos duo
que tu forsitan appellas; Se-
natulconsulta, nos falsa Se-
natulconsulta à falsis & incon-
sultis hominibus, sub Netro-
ne vestro habita, nuncupa-
mus:) Vnum, Catalaunense
Capanū, tertio Idus Iunij; alterū Turonense, Nonis
Augusti. Egregia certè iudiciorum paria, nec tam
iudicia, quam iudicia desertæ & repudiate Reli-
gionis, spretæque existimationis vestræ. Legimus
hec, imo perlegimus, & ad calcem vsque discus-
imus tanta aviditate, vt nihil planè meminerim ma-
iore diligentia quidquam perlegisse. Sed, vt fatear,
exhortui summam in proscindendo summo Pon-
tificæ audaciam, in persequendo eius Legato in-

temperiem inauditam, & in stabiliendâ hæresi admirabilem, ne dicam incredibilem diligentiam. Tædicit Francę Reip. in qua parum erat saga desipere, cuncta diripere, prædari, furari, nisi etiam toga infaniret, & in purpura nobilissimè fureretur. Pudit homines qui se moribus probos, religione Catholicos, natione puros & putos Francos profitentur, lata via à patrum pietate, à Catholicorum præceptis, à Frãcorû institutis discedere, & pro CHRISTO, idolum, pro Virgine, meretricios amores amplecti, & in scortorum sinu velut inter vbera Ecclesiæ suauari.

*Quò vobis mentes rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi nunc se flexere ruina?*

Lubet enim illud Ennianum exclamare, & his te versibus inter ceteros affari, A. S. Quando te, tuosq; Turonenses, à priscis illis Francis antiquę pietatis hominibus adeò immutatos videam, vt meritò illud de vobis quod de mortuo Hectore cani possit.

— *Quantum mutatus ab illo!*

Quæ cum dico, de plerisque tuis Collegis non dico, qui à sua pelle, id est, ab hæresi discessere nunquam, & quos Calvinianæ Lupe catulos, Genevæ meretricis lacte imbutos, sæuos Ecclesiæ hostes, alterosq; nostri sæculi Petilianos, Circoncillationes & Donatistas nouimus, & planè detestamur. De te loquor, quem consultissimo patre natum, pudicissimam matre educatum, in Catholica Religione nutritum, bonis moribus præditum, honestis disciplinis instructum, magnis dignitatibus ornatum, & mecum aliquando quadam beneuolentia coniunctum,

5
iunctum, puduit in tanta hominum colluue versari, & quasi criminis societate vinciri. Dicam equidem ingenuè, vrbane, & liberaliter, imò Christianè, profus, etiam si nihil aliud me commoneret, aut potius commoueret, quàm Christianis pectoribus insita Christiana pietas, tamen te in tranquillissimo mari periculosissimè nauigantem, & fortè in summa cupiditate retinendæ dignitatis, aut augendarum fortunatum, periculum tuum non agnoscentem, vel opportunè vel importunè conarer eripere, & vt ait Poëta.

— *tuta statione locare.*

In quo non dubito quin mihi accidere possit, quod accidit interdum amicissimis & doctissimis medicis, qui vbi omnem curam omniq; diligentiam in propulsando morbo posuerunt, plerumque non modo à furiosis ægris fastidiosè negliguntur, sed etiam reiecto sanitatis poculo, aut pessimè excipiuntur, aut turpiter expelluntur. Scio enim quibus temporibus hæc scribere contigerit, & me nostrorum hominum vestigia fatis docuere. Nota est mihi & perspecta omnium vestrum temperies. Scio tumidum, elatum, instatimque duabus exiguis victorialis gregem vestrum. Video Atillam Nauarum, piis Francorum moribus prostratis, fide Catholica vestro auxilio profligata, templis exustis, Christianis strangulatis, monachis vestro iudicio in partes distractis, monialibus stupratis, vrbibus direptis, toto orbe hæretico facto, Christianissimum, Pium, Fœlicem, Inclytum, Augustum, & Francicum à vobis nominari. Et sanè per nos non stabit, quominus etiam Gothicum, & Vandalicum

cum nuncupetis. Igitur inter tot tantisque fœlicitatis vestre cumulos, nos ista scribere, nos inquam proiectos, egenos miserisque Catholicos, sola Religione Catholica beatos, nos inquam scribere, monere, hortari, vrgere, vt à beatissimis hæreticorum castris ad nostras miseras, fractas, debilitatas & prostratas partes transeat, quis non existimet frustra contendere, & cum vêtis luctari, aut saltem aduerso amne nauigare. Sed quia fabulosis aruis in experimentum bona semina mandantur, & siluestribus dumis plerumque surculi elegantes inseruntur, Vos, qui fulmine Ecclesiæ icti iam dudum exaruitis, accipite has meas cogitationes, quasi semina veræ & Catholicæ Religionis, quam vos aliquando coluistis, aut coluisse simulastis: Accipite quæso inter fruticantes auenas hæc mea semina, vestris animis proculdubio profutura, si vel tantillum irriguo, succoso, & pingui solo inseratis; defectura, si cariosis, si siccis, si arenibus pectoribus recipiatis: Et ita de nobis statuite, quod si de fide Catholica erit decertandum, si de tuenda & conseruanda summi Pontificis dignitate agendum, si de religiosa Regni maiestate dimicandum, nihil vestra librorum incendia, nihil persequutionum turbines, nihil Neroniana decreta, nihil Domitiana Parlamenta, nihil Iudicum supercilia, nihil potentiorum ampullas, nihil Principum minas, addo etiam nec vestras malas mansiones, equuleos, & tormenta, posse nos vel minimum à nostro cursu retardare.

Est hic est animus lucis contemptor, & istum

Qui vita bene credat emi, quod tendit honorem.

Multa sunt igitur, de quibus non tam ex iure **Qui-**
ritum,

ritum, quàm ex intimis Francorum moribus, imo ex Ecclesiæ Christianæ natiuis fontibus, liceat vobiscum agere, & vehementer expostulari. Quanquam, si ex iure civili ageremus, non esset nobis quæstio de stillicidiis, de tigno iuncto, de finibus regundis, aut communi hereditate eriscunda: sed de interdicto **Vnde VI, VT VNDE VI ECCLESIAM CATHOLICAM, APOSTOLICAM ET ROMARAM. VNDE VI SVMMVM PONTIFICEM ET CHRISTIANISS. FRANCIE REGNUM. VNDE VI IUSTITIAM IPSAM ANTIQVA DIGNITATE ET SPLENDORE, VESTRIS PARTIM CUPIDITATIBVS, PARTIM ASSENTATIONIBVS, PARTIM DISSIMVLATIONIBVS, PARTIM RERVM DIVINARVM IGNORANTIA, PARTIM PRAVIS CONCILIIS, PARTIM REBVS INIQVE IUDICATIS, PESSIME DETVRBASTIS, EAM AVCIORE CHRISTO PRÆTORE RESTITVEREIS.**

Primum igitur caput nostra expostulationis, est de insperata & turpi à nobis defectione. Secundum, de nefanda ad Hæreticos transitione. Tertium, de neglecta Ecclesiæ excommunicatione. Quartum, de summi Pontificis & eius Legati amarulæta profcissione. Quintum, de liberi Concilij iniqua petitione.

Quæ omnia, quoniã quasi pedamenta extiterunt, quibus illa vestra gloriosa Senatusconsulta fulciantur, & horrenda Caluinistarum vestrorum impietas, in Francico solo per vos stabilita, aliis

suas ædes extrueret, præstat rationibus, & auctoritatibus, & aliquando historiarum serie ita quater, vt vi fracta & diruta illa vestra Babel, illa inquam Babel Turonensis, & Catalaunensis, in qua Catholicè, Hæreticè, Politicè, & vt ita loquar, Atheoticè, cum omni linguarum confusione loqui licet, non sine ingenti fragore prolabatur.

*Da nunc Christe pater ferro quod missile libro
Fortunam atque viam duri per pectus Halesi.*

Venio igitur ad primum caput defectionis vestræ, quam non sine summa ratione turpem, sædam, & insperatam nominauimus. Nemini enim veterem Francum illum Vvillelmum^a S. Theodorici abbatem, antiquæ frugis Pisonem, (nam monachum non audeo apud vos nominare) magno elogio de Francis commemorantem, *Non esse Francos, vt cateræ nationes, procliuēs ad schismata, nec in Ecclesia Dei fecisse sibi idolum, nec in Cathedra Petri sibi vnquam monstrum fabricasse.* Et certè ea fuit omnium Francorum mens, ea concordia, vt in Fide, non sparsi, non distracti, non dissoluti incederent, sed adunati, vincti, congiomerati, pro aris, pro religione Catholica, id est, Romana, pro Regni gloria, & splendore, aut fortiter occumberent, aut gnauiter dimicaret. Hic fuit nostræ Reip. status, hæc Maiorum constitutio, hæc nepotum rati habitio, hæc pronepotum subsignatio. Legite, perlegite, disquirite, & persequimini omnes nostrarum historiarum fibras: Intuemini præteritarum rerum successus, sub Clodouingiis, Carolouingiis, & Capetis, inuenietis nihil dissidij, nihil diuortij, ac ne frigusculi quidem

dem, pro Religione vnquam accidisse. Sic Francicus ille Genius voluit, sic valuit priscorum Patrum sapientia, & cum summa humilitate, pietas incredibilis, & admirabilis Religio coniuncta. Nec sanè mirum. Nam si à primis illis vnquiculis Franciam spectetis, si illam intueamini adhuc in cunis iacentem, & sub vbere pueriliter & molliter vagientem, inuenietis nihil apud illam gloriosius, nihil vnitatis vinculo antiquius, nihil pretiosius exitisse. *Sub diuersis principibus* (inquit Agathias^a) *agebant, hic vnus, alter alterius parebat imperiis: tamen inter eos, mira aquitas, inaudita concordia, incomparabilis amicitia.* Sic perpetuum fore Francorum imperium, sic expugnabile, sic inuictum, priscus ille author vaticinabatur. Atque hæc quidem de moribus à schismate profusus alienis. At vbi Religionem attigit, *Omnes* (inquit) *Christiani, & rectissima inter omnes opinionis.* Egregiè mea quidem sententia, nec parum ad maiorum nostrorum laudem & commendationem. Sic enim indicat nihil cum hæreticis habuisse societatis, nihil fœderis, nihil communitatis, perpetuamque inter Francos fuisse, non modò in rebus ciuilibus, sed etiam in Fide, & Religione concordiam.

Vos igitur obtestor, vos appello, & quasi aure vellicata antestari iubeo, vos, inquam, qui Catholicum & Francicum nomen nullo pudore vsurpatis: quo ore, qua fronte, nostram hanc concordiam primi rupistis & proscidistis? *Qua mente à nobis, id est, à fratribus vestris, à conciuibus vestris, ab eiusdem regni, eiusdem Religionis incolis descidistis? Cur altare contra altare, cur tribunal contra*

^aAgathias lib.1.

^aVvillelmus in vita Bernardi libr. 2. cap. 1.

tribunal, cur subfellia contra subfellia, peruerso & inuistato apud Francos more, erexistis? Cur Religionis & Aequitatis sacra puluina, scdissima discessione commaculastis? Nimirum de vobis, & pulchrè, & verè, Thuringica illa Basina, a quasi Pergamorum nostrorum Cassandra, fatidico ore pronunciauit, senescente & liquecente imperio, venturos canes qui rabido dente omnem Francorum concordiam dirumperent, & in varias partes lacerarent. Hac infelici, & misera, & miseranda defectio, quis non videt quod & quantum scelus perpetrastis? ^b Vnitas Ecclesiae, corpus Christi est: Corpus, inquam, visu delectabile, structura admirabile, temperie ineffabile. Nihil homines, nihil Angeli, nihil Sol, nihil caelum, nihil solum & salum, spectauere pulchri⁹ & amabilius. Quid cum Pilato huiusmodi corp⁹ iterum flagellis excoriatis? Quid cū Iudeis spinis cōpūgitis? quid cruci affigitis? quid dirum pitis? quid disperditis? quid dilaniatis? Fas non fuit, tā speciosi, licet exanguis, corporis ossa cōminuere, ne vnitas Ecclesiae intimis Christi medullis inhærens, olsifragio tali dissolueretur. Pepercere mortuo milites sagati, quantumuis rabidi, infani, & dementes. Et vos, iudices togati, senatores purpurati, & haeretici fœderis patres patrati, illi viuenti, & cum patre gloriose triumphanti, ossa conteritis & confringitis? Non pro parte, sed in solidum, non ex beffe, nec ex minutissimis vncis, sed ex asse, tota nostrae religionis hæreditas cernenda est. Quippe dictum fuit Raab, in qua præformabatur Ecclesia, (ait Cyprianus ^c) *Quicumque exierit ostium domus tuae, (id est, quicumque à te separabitur,)*

reus

reus erit. Sed lubet vos schismaticos veterum Francorum scriptis ita configere, vt ne pilum quidem nostrorum hominum, vos habere demonstramus. Quid igitur Petrus ^a Cluniacensis? Certè is dum schismaticum affatur, ita merito vestro vos affatur: *an tanti (inquit) pendendi sunt ciues Babylonica confusionis, vt ciuibus pacifica Hierusalem praeferantur? An calix aureus Babylonis quo potantur Reges terra, dulcior ad sorbendum visus est, quam ille Christi, de quo scriptum est? Calix meus inebrians quam praeclarus est?* Sed quam pulchrè vos excipit ^b Bernardus omnium schismaticorum, id est vestrum omnium, mactis? *Omnes (inquit) suum stomachum sequuntur, & totis viribus funem in diuersa trahentes rumpunt. Heu! necdum recenti Ecclesiae plaga cicatrix occuluit, & rursus scindere parant, rursum corpus Christi affigere cruci, rursus fodere latus innoxium, rursus vestimenta diuidere atque ipsam, quod in ipsis est, tunicam inconsutilem, quamuis frustra, dirumpere satagunt.* An discutiemus quid de vobis sentiat Nicol. de Clamengis, ^c homo verè Francus, & à vestro scelere, vestraque nequitia, multum alienus? *Haeretici (inquit) & schismatici sunt omnium prodigiorum peruersissimi, qui variis erroribus peregrinisque doctrinis à Catholica veritate abducti, Ecclesiam Catholicam labefactare, & inconsutilem tunicam lacerare certant: non contenti, quemadmodum ceteri, fidem Christi ad externa conuolando deseruisse, nisi eam totis neruis ingenij impugnare, subvertere, & persequi festinent.* Et tane elegans est illud ^d Cypriani de vobis: *Nemo estimet bonos de Ecclesia posse discedere: triticum non rapitur, nec arborem firma radice fundatam: Inualida arbores,*

^a Petr. Cl. Epistol. 4. lib. 4.

^b Bernard Epistol. 219.

^c Nicol. d. clam. libr. de prodig.

^d Cypri. de vnit. Eccel.

⁴ Ammoinus libr. 1. cap. 8.

⁴ Cypri. de vnit. Eccel. Epist. 44.

^c Cypri. de vnit. Eccel.

^a Tertul.
de præscr.

arbores, turbinum incurfione euertuntur. Auolent, auolent, (inquit Tertullianus ^a) quantum volent, palea leuis fidei, quocumque flatu tentationum, eo purior massa frumenti in horrea Domini reponetur: Nonne ab ipfo Domino quidam difcentium scandalizati duerterunt? Et quo modo vos verè Francos appellatis, quomodo de tam gloriofis elogiis triumphatis, cum ab iftis verè Francis toto cælo difsideatis? Aut vos, aut illi, & turpiter & insolenter Franco nomine abutimini. Sed non illi, qui nullo ſchifmate Eccleſiam læſere, qui patrum veſtigiiſ inſtitère, qui Petri cathedram agnouère, qui epifcopos coluere, qui eorum præceptis obediuère, qui diuortium à nobis non fecère. Vos igitur, qui vobis veſtriſque ineptiſ placentes, arrogantiaſ fidentes, veteres Francos deſpicientes, præpoſitos contemnentes, Apoſtolicam Eccleſiam ab omnibus verè Francis magni habitam relinquentes, hæreticis commiſcemini, eorum ſordibus inficimini, & colluuiouibus delemini. At de nomine Catholico quid dicemus? qua actione nobis agendum, quo iudicio experiundum eſſe cenſetis? Sanè res noſtras hæreditarias expilaſtis, nobis inuitis noſtra bona contrectaſtis, falſa legata vobis adſcripſiſtis. Quomodo vos Catholicos, quomodo vos Chriſtianos appellatis, cum Chriſtiani nihil prorfus habeatis? *Quisquis ille eſt* (inquit Cyprianus ^b) *& qualiſcumque eſt, Chriſtianus non eſt qui in Chriſti Eccleſia non eſt.* At ſchifmatici omnes ab Eccleſia partem fecère, à Chriſto diuertère, res ſuas habuère, ſarcinulas collegère, claues reddidère, aciculam crinalem reliquère. Teneant omnes, omnes ſubſcribant verbo Cypriani. ^c *Schifma faciendum*

non

non eſt, etiam ſi in vna fide & in eadem traditione permaneat qui recedit. Et cur ita? Nam ^a *Qui ſcindit ligna periclitabitur in eis. Qui ^b mecum non colligit, diſpergit.* Sed audiamus Opratum, ^c vos, id eſt, omnes ſchifmaticos damnantem, & merito condemnantem, & non eſſe Chriſtianos apertis verbis indicantem. Cum (inquit) *manifeſtum ſit, & ipſa luce ſit clarius, nos cum tot innumerabilibus populis eſſe, & tot prouincias nobiſcum, iam videtis vos in vnus parte Religionis poſitos, & ab Eccleſia veſtris erroribus eſſe ſeparatos, fruſtra vobis ſolis hoc nomen Eccleſie cum ſuis dotibus vindicare, qua magis apud nos ſunt, quàm apud vos, quas conſtat ita ſibi connexas & indiuiduas, vt intelligatur vna ab altera ſeparari non poſſe.* Sed de veſtra ſciffura nondum ſatis. Num ergo plenius & locupletius teſtimonium, ab eodem ^d Oprato audiendum, & exaudiendum eſſe putatis? *Eccleſia Domus vna eſt. Qui foras exeuntes partem facere vouerunt, parietem fecère, non domum. Quia non eſt alter Deus qui alteram domum inhabitet: Quot commoda habet domus, tot incommoda habet paries. Domus incluſa cuſtodit, tempeſtatem retundit, pluuiam diſfundit, latronem aut ſurem, aut beſtiam, non admittit. Sic & Eccleſia Catholica, omnes filios Pacis gremio & ſinu complectitur. Contra, paries qui eſt edificatus ruinoſus, nec lapidem angularem ſuſtinet, & ianuam ſine cauſa habet, nec incluſa cuſtodit, pluuiam vndatur, tempeſtatibus ceditur, nec poteſt arcere latronem, nec venientem prohibet ſurem. Paries enim res de domo eſt, ſed domus non eſt: & ara veſtra quaſi Eccleſia eſt, ſed Catholica non eſt.* Videte igitur, videte quàm falſis adſcriptionibus Catholicum nomen uſurpetis, & quali & quanto latrocinio veſtras ma-

nus

^a Eccleſiaſt. 10.
^b Mat. 12.
^c Op. lib. 1.

^d Opt. lib. 1. in fine.

^b Cypr. Epit. 12.

^c Cypr. ad Quirini lib. 3.

a August.
conf. Cre-
fconium,
lib. 4. cap.
59.

nus maculetis. Certè hæc est illa Hæreticorum & schismaticorum rapina communis, vt se solos Catholicos iactent, se solos Christianos profiteantur; alios autem & impietatis & irreligionis arguant, cum Religione & Catholicæ pietatis, ne minima quidem ramenta habere conuincantur.

Sed aduertite quid periculi, quid detrimenti scissa illa vnitas Ecclesiæ iam iam attulerit, & cogitate, non sine timore futuri iudicij, quid imposte- rum sit allatura. Nam qui Pyrenæis verticibus, medióque in aëre inter ibices petris abditi, aut qui terræ cauis cum serpentibus delitescentes, nuper algebant, diabolares ministelli: vel qui Nauarro- rum sinibus tabidi, inculti, pannis, annisque obfiti, & pumice aridiores degebant, Marmetij, Barbatij, & eiusdem generis turpes homunculi: nunc per vos, vberioribus Franciæ aruis positi, pretiosissi- mas Ecclesiæ gementis animas depascuntur, & ex Hæreticorum latebris, Geneua, Sedano, & Monte albano confluentes, quasi scaturientes vermiculi, toto orbe nostro frequentes ebulliunt. Per vos Carnotensis Ecclesiæ à Fulberto, Iuone, Gothofre- do, sanctissimis & Catholicis Episcopis iamdu- dum virgo seruata, à Carolo Valésio Philippi Re- gis Patre tot donariis ornata, à Regibus nostris ve- rē Catholicis, & Hæreticorum non iam euocatori- bus, vt ille vester, sed verē profligatoribus, tot mun- dis mulieribus decorata, illa inquam virgo, per vos prodita, per vos tradita, Caluinianæ sectæ lanistis, & prædonibus, & impuris huius farinae ardelioni- bus, stupranda, conculcanda, & violanda obiecta est. In ipsius templi valuis, quasi fornicibus, nunc

Geneuæ

Geneuæ meretricis prostibula visuntur: & ante imaginem Genitricis Dei, ante ora virginis M A- R I Æ pudentesque genas, proh dolor! hircorum Caluinistarum olidi greges lasciuunt, simæ na- res conspiciuntur, fœtantes axillæ odorantur, & fractæ libidinibus voces, & gracilia verba audiuntur. De Turonensi Ecclesiæ sileo, quæ ab hæreticis, id est, à vestris gloriosissimis assessoribus, primis Galliæ tumultibus cum cimeliis deprædata, dein- de post Blesensem trucidationem, à Tyranno cuius mancipia togata semper fuistis, & à vobis inua- sa & occupata, hodierno die non alio titulo, quàm pro possessore detinetur. Quamquam non parua lis vobis immineat, cum beatissimo Martino cateris- que Turonensibus probis Archiepiscopis, quòd dolo malo per vos factum fuerit, quòd contra ver- bum Dei, Religio & impietas, Fides & perfidia, in eorum diœcesi vnâ colerentur. De Sandionysio lo- quor, toto orbe celebratissimo pago, in quo tot Christianorum regum mortales exuuiæ conque- scunt, in quo magni illius & inuictissimi herois & Senatoris Areopagitæ, & nostrorum Apostolorum corpora obdormiscunt, in quo nostræ Religionis fundamenta iacta, suggrundia facta, & tota contig- nationes Francorum Fidei substructa & erecta sunt. Quæ omnia, turbulentis vestrorum Geneuen- sum concionibus, quasi malis imbribus non mo- dò corrupistis, sed etiam impuro vultu polluistis. Quod scelus, ô Superi, vt quò Francorum Apo- stoli tanta constantia verbum Dei prædicauerunt, quò nobilissimi athletæ tam grauius decertauerunt, quò tam viriliter sanguinem suum fuderunt, quò

tam

tam nobiliter & fortiter appetuerunt, quò positi, abditij, & ad resurrectionis vsque diem reconditi, tanta tranquillitate obdormierunt, eò Calviniana latrocinia, & Bezana adulteria, & Geneuæ meretricis turpes & putidissimæ fornicationes promulgentur? Neque id aliunde quàm per vos, per vos, inquam, qui vos verè Francos, & melioris notæ Catholicos esse profitemini, qui que, ô facinus, fulcimenta & stabilimenta hæresis breui alioqui morituræ, soli extitistis. Et certè, si fœlix ille martyr Dionysius, aliquo modo rediuiu⁹ vitales auras carperet, & nostris mortalibus elementis frueretur, vos omnes tanquam fœda impietatis reos, vestrumque illum Alastorem Nauarrum, tanquam culinarum canem, suis possessionibus non modo festinanter abigeret, sed etiam turpiter deturbaret, & his Tertulliani^a verbis propemodum vos alloqueretur: *Qui estis? Quando & vnde venistis? Quid in meo agitis, non mei? Quo iure sylvam meam ceditis? Qua licentia fontes meos transuertitis? Qua potestate limites meos commouetis? Mea est possessio. Quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio: Olim possideo: Habeo origines firmas ab ipsis quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum, sicut cauerunt, sicut adiurauerunt, ita teneo: Vos certè exhæredauerunt semper, & abdicauerunt vt extraneos, vt inimicos. Apagete ergo vos, apagete, qui spiritum discordiæ & vertiginis, & impietatis, in Babylonis poculo propinastis, qui religiosissimas hæctenus Francorum animas Geneuensi bestię læcerandas exhibuistis, qui nobilissimum regnum in prædam Circocellionum dedistis, qui Schismate, qui Hæresi,*

nostrum

^a Tertul.
de præ-
scripi.

nostrum venerabile solum proscidistis, collutulastis, & deturpastis. Nec aliam scelerum vestrorum pœnam expectate, quàm eam quæ schismaticis illis quondam inflicta est, quorum perfidiam cum telus exhorruisset, vix tam infandum pondus sustinens, ab imo ad summum cõtremit, & magno fragore scissa, viuos viuentésque absorbit.

Sed intelligo quid causæ criminibus vestris, quid rationis insanitiæ vestræ prætexatis. Causamini non volentes, sed nolentes, non lubentes, sed reluctantes discessisse, nec tot contumelias populi tumultuantis pati potuisse, qui contra dignitatem vestram, contra Senatus auctoritatem, contra nostrorum maiorum mores, turpissimæ custodiæ vos addixerit, & vna eruptione omnibus vos ornamentis spoliauerit. O misera folia ventorum exiguis flatibus semper tremantia, & leuiori aurarum agitatione decidentia! Itane tam paruis motibus vestram animi fortitudinem turbati? Itane Senatoriam vestram maiestatem concuri, vt damarum pauitantium more, ad primum auræ strepitum Christum relinquatis, & nondum à proditore Iuda saluatam, nondum à Iudæis ligatam, & ad ædes Caiphæ & Pilati & Herodis magna contumelia tractam, non modò non agnoscatis, sed etiam cum anathemate repudietis? At nos, nec populi furentis facinora laudamus, nec excusamus, nec multa patientia ad furorem versum accusamus, & condemnamus. Habet ille, vt putat, suæ sapientis insanitiæ multa & validissima & fortissima argumeta, quæ vos audire potuistis. Nec clam, sed palam, omnes exleges, impios, & de religione, de populi salute, de Imperij dignitate,

B

tate, nihil aut parum sollicitos exclamat, queritur, & vociferatur. Vestram impietatem Hæreticorum conferreatione, & Regis Calvinistæ adsciscione, & summi Pontificis neglectione, & eius Legati despectione arguit, increpat, exprobrat, iactatque eam quam de vestra nequitia ceperat opinionem, vestris turpissimis factis cõprobari. At vero vestrâ de maiestate Imperij & Populi salute abominandam incuriam ex eo conuincit, quòd tot Edictis magna Regni pernicie, & Populi strage, & Religionis nece promulgatis, nihil illi misero restabat, quàm sub vngula inauditæ Tyrannidis per vos stabilitæ, aut turpiter viuere, aut turpissimè mori, & cum fide Christiana rupta & lacera, summa & horrenda fauicia, vestris & tyranni manibus strangulari. Hæ sunt nostrorum Quiritum voces, hæ quæ armoniæ, hæ carcerum vestrorum causæ, & ne Religioni ad libertatem proclamanti & compedes abiicienti villo modo noceretis. Sed de his vos videritis. Nunc vero quid additis? Nos rebelles, nos læsæ maiestatis reos toto orbe proclamatis, nos confœderatos quiritatis, & vt vestris verbis, vestroque sale vtar, nos Ligatos appellatis, culpatisque vestræ discessionis causam præbuisse. Non alio mehercule exemplo, quam illi^a Nouatiani & ^b Luciferiani & Donatistæ^c, qui à verè Christianis suo iudicio separati, in Catholicorum caput separationis culpam transferebant. At nos, vestras morsunculas, vestrosque sales, vt insulos, vt insipidos, & inegantes, tam magnificè contemnimus, quàm Christianè detestamur. Ex accusatorum nostrorum persona nostram innocentiam depromimus,

^a Cypri.
Epist. 52.
^b Hier.
dialogo
cont. Lu
cif.
^c Opt. lib.
6.

minus, & Turonensibus, & Catalaunensibus adiaphoris, damnatoribus nostris bonarum rerum profligatoribus, non immeritò gloriamur. Nam qui hos non intelligit, non nisi summum bonum ab his impetratis fauoribus damnari potuisse^a. Scimus Satanam spiritum esse irrisionis & calumniæ, nec sporadicis, veteres illos Christianos Asinarios^b, sarmentitios, femaxios, eueriores luminum, canes, maleficos, & veneficos^c, nuncupari. Scimus à Valente^d vesania sectatores, à Iuliano^e Galilæos, à Donatistis Cæcilianos, & Coprianos^f & Pollutos^g & Marcianos & Traditores, & Clinicos, olim appellatos fuisse Iuuat nos Ligatos à vobis appellari. Sed Nauaristæ non sumus: Nauarorum buculas non coluimus, Geneuenses Ibes, & Lausanenses crocodilos non adorauimus, totam vestram Ægyptum & Babylonem eiurauimus, & detestati sumus. Verùm discutiamus quibus auspiciis fœdera nostra sanxerimus, & qua ratione maiestatis crimen, & rebellium nomen potuerimus promereri. Vetus est veteratoris Satane, & veterum Hæreticorum mos, vt qui conscientię laude clarescunt, læsæ maiestatis rei nominentur^h. Legimus Hilariosⁱ, Athanasios^k, Ambrosios^l, Chrysostomos^m, ipsumque Christumⁿ, & nuper in^o Anglia, Campianos, Briantos, Hartos, Tumsonios, fœlicissimos Catholicæ Religionis testes, tali crimine non conuictos, sed iniuria postulatos, constantissimè mortem oppetiuisse. Scimus in Francia non ita pridem leges^p latas, & in Castro Sangermano à plerisque vestrum turpissimis hominibus conditas, quibus nouo more

Ambr.
de basil.
trad.

apud Francos, non iam lex Iulia, sed lex Valesia
Maieſtatis rogabatur, & rogata & decreta promul-
gabatur. Nec alia ratione, quàm quæ faceret vt nos
miseri Catholici, qui in Religione Catholica &
Franca conseruanda laboramus, videremur in id
crimen maieſtatis & læſi Cæſaris incidisse. *Semper
ne* (inquit Ambrosius ^a) *de Cæsare seruuus Dei inuidia
cõmouebitur, & hoc ad calūniã accerſet impietas, vt Impe-
riale nomẽ obtēdat?* Patimur certè æquis animis, nos
cũ tãtis illis viris crimine maieſtatis à vobis, & ve-
ſtræ litis cõsortibus accusari. Sed si è calumniarum
vinculis causã dicere liceat, Religio est quã obten-
dimus, Religio est, in qua defensionis nostrę statum
& cõfœderationis iugulũ collocamus. Illa est virgo
pro qua decertam⁹, illa est cuius gratia armamur, cuius
periculis mouemur, & qua nihil animis nostris
factatius, nihil antiquius, nihil pretiosi⁹ esse potest.
Hęc est illa potens & imperiosa domina, cuius pla-
citis seruire, cuius præceptis obedire, cuius manda-
tis obsequi nos oportuit. Franci sumus, fatemur; At
Religiosi sumus, Christiani sumus, Catholici su-
mus, nec aliter verè Franci esse possumus. In Fran-
cico solo nati sumus, sub Regibus viximus, sic cre-
uimus, sic adoleuimus, sic senuimus, hoc etiam con-
fitemur. Sed in Christiano solo tincti & vncti &
baptizati sumus: In Ecclesia Franca & Catholica
pactum Fidei habuimus, sanctum lauacrum adi-
uimus, diabolo, & hæreticis confarcinatoribus ve-
ſtris, Caluino, Bezæ, & Nauarro, & huiusmodi pro-
pudiis, amicissimis vestris, nuncium remisimus.
Hoc fœdere ligati, hoc iureiurando obligati,
Christum potentissimum Imperatorem, Impera-
toribus

toribus & regibus potentissimè dominatẽ agno-
ſcimus, Regem regum nuncupamus, & non so-
lum mente, sed etiam corpore, colimus, adoramus,
& veneramur. Eius castissimam sponsam, virgi-
nem intactam, & illibatam, Catholicam, Aposto-
licam, & Romanam Ecclesiam recognoscimus,
Matrem appellamus, perpetuò Augustam, Piam,
& Fœlicem proclamamus. Hanc sequimur, hanc
persequimur, hanc amplectimur, amicis eius iungi-
mur, inimicis disungimur, & penitus in eius vo-
luntate nostras voluntates collocamus. Hanc solam
regnare, solam dominari, Agar deturbari, hæreses
longè ablegari, imo iugulari, toto animo desidera-
mus & contendimus. Sic nostrum cœpisse Impe-
rium, sic alluione creuisse, sic ad summum rerum
humanarum fastigium peruenisse, nec aliter quàm
his deficientibus, defecisse scimus, & meritò crucia-
mur. Tanto igitur Religionis amore perculli, imo
Corcæbi more incensi, non mirum est, si de Fide re-
tinenda fœdus percussimus, pacta iniuimus, & in-
terposito iureiurando, conceptisque verbis stipula-
ti sumus. Hoc si crimen est apud Francos, iuuat
cum Clodouæis, cum Carolouingis, cum Cape-
uingis, cum omnibus Regibus Francis, Francis
Episcopis, cũ omni nobilitate Franca, cũ Frãca ple-
be, cũ Patribus, cum Antecessoribus Francis, cum
omnibus maioribus nostris, cum cœlo & solo Fran-
co, nos reos citari, reos inquiri, reos cõdẽnari. Nul-
la gloriosior accusatio, nulla fœlicior inquisitio,
nulla laudabilior condemnatio.

Sed forsitan audire desideratis, quo timore
perculli, nos tam vehementer Religioni Catholicę

timebamus, cum Principem tam pium, tam probum, tam Religiosum, & tot Hæreticorum spoliis triumphantem, atque adeò D. Ludovicum pietate superantem, tunc temporis haberemus. Sunt enim hæc Fayorum & Gnathonicorum vestrorum sædæ adulationes, sunt vestra de huiusmodi homine blanda præconia, cuius consiliis adhibiti, idem ingenium in subuertenda Religione Catholica, eandem mentem, eandemque viam tenebatis. At profectò illud eleganter à Bernardo^a de Abaliardo Platonis laudatore dictum est, quod in Fayum cæterosque Henrici præcones iure torqueri potest: *Hereticus in Francia, dum multum sudat quomodo Platonem faciat Christianum, Ethnicum se probat.* Sic dum multum in conegenda Henrici simulata Religione laboratis, dum illum mirificè Catholicum prædicatis, verendum est, ne vos hypocritas esse cõprobetis. Nobis quidem in lacerandis defunctorum cadaueribus nulla fuit vnquam voluptas, nulla cum sepultis decertatio.

Nullum cum victis certamen & athere cassis.

Sed si in Religione defendenda, fas est testem Veritatem aduocare, aut ad eius sanctissimum Tribunal prouocare, audeo expertus, & non modo refed & colloquio hominis instructus, de Henrico vestro scribere, quod de Constantino olim vasro & subdolo & versipelli principe scribebat Hilarius, b magnum illud hypocritarum flagellum. *Proclamo tibi Constanti, quod Neroni loquutus fuissẽm. Quod ex me Decius & Maximianus audirent. Christianum te mentiris; Christi nouus hostis es: Antichristum prauenis, & ar-*

canorum

canorum mysteria eius operaris. Condus Fidem contra Fidem viuens: Doctor prophanorum es, indoctus piorum: Episcopatus tuis donas, bonos malis demutas, sacerdotes custodiae mandas, exercitus tuos ad terrorem Ecclesie disponis: Synodos contrahis, & Occidentaliũ Fidem ad impietatem compellis: conclusos vrbe vna minis terres, fame debilitas, hyeme conficis, dissimulatione deprauas: Orientales dissensiones artifex nutris, blandos elicits, fautores instigas, veteram turbator es, prophanus nouorum. Subrepis nomine blandienti, occidis specie Religionis: Impietatem peragis, Christi fidem Christi mendax predicator extinguis. Vestem ouis tua, lupe rapax, cernimus. Auro Reip. sanctum Dei honoras, & vel detracta templis, vel publicata edictis, vel exacta penis, Deo ingeris. Osculo sacerdotes excipis, quo & Christus est proditus: caput benedictioni summittis, vt fidem calces, conuiuio dignaris, ex quo Iudas ad proditorem egressus est: vectigalia Cesar donas, vt ad negationem Christianos inuites: quæ tua sunt relaxas, vt quæ Dei sunt amittantur. Hæc sunt falsæ tuae ouis indumenta. Intus Nero, foris Cato, ait Hieronymus. Intus Herodes, foris Ioannes, ait Bernardus. Quæ omnia quàm lepidè, quàm pulchrè, quàm venultè, vestrum hominem expriment, ecquis nõ percipit, quis non videt! Erat, erat profectò in eo homine, quod pro Religione Catholica nõ minimum timeremus, sed præcipuè, ne Francorum Imperium Fide nobile, pietate conspicuum, omnium Regum Catholicorum administratione celeberrimum; cõtra patrios mores, contra maiorum instituta; contra Ecclesie decreta, contra fas omne. Nauarro hæretico subderetur. Quid hæresis monstri aleret iam dudum, sciebamus. Memineramus Ieroboamorum, Achaborum, Ochosiatarum, Amasiarum, & huius

tamen tanti viri salua reuerentia ei⁹ sententiæ nõ possumus assentiri cum ita incipiat. Tempus est loquendi, quia iam præterijt tempus loquendi.

^a Hier. ep. 4.

^b Bern. epist.

^c 3. Reg. ca. 13.

^d 1. Reg. 19.

^e 4. Re. 8.

^f 4. Reg. 12. 13.

B 4

huius

^a Bernard. 166. epist.

^b Hilar. li. ad Costantium, qui liber quatuor uis à D. Hieronymo post mortem Constantij scriptus adstratur.

^a Zonar.
in Anasta-
sio.
^b Zon. in
Leone.
^c Zon. in
Const.
Copron.

huiusmodi Regum impiorum, sub quibus veri Dei verus cultus apud Iudæos penitus interciderat. Anastasios, ^a Leones, ^b Copronymos, ^c Græci Imperij pestes recolebamus, quibus Fides abacta, hæresis inducta, & ad extremum, Græcia Mahometis impetibus puliata, funditus corruerat. Hoc in Francia neficeret, quasi in Palladio Catholicæ Religionis, fœdus iniuimus, dextras iunximus, fortunas, existimationem, animasque ipsas Deo vouimus, & consecrauimus, interminati, quiduis, potius perpeti, quàm huic portento Reip. Christianæ vastatori subdere-mur. Hoc si crimen est, si scelus est.

— *Iamdudum sumite pœnas,*

Hoc Itacus velit & magno mercentur Attride.

At non is vobis egregiis scilicet Catholicis animus, non ea mens Henrico vestro, qui cum se miris modis pium fingeret, cum se vobis suggerentibus, D. Ludouico nõ modo parem, sed etiam superiorem faceret, tamen lenocinio turpi, vna vobiscum, Frâcam Ecclesiam, pulcherrimam & castissimam Virginem, spurcissimis Nauarri libidinibus obiecit, & Ministrorum Gebennensium purulentis, & in vermes erumpentibus membris conculcandam, & cõstuprandam mancipauit. Quæ omnia, etsi primùm clam & cuniculis agerentur, quis tamen nostrum ignorauit? Scimus omnes, cum in Luparę latibriculis, inter præposteras & post prandianas libidines, hæc arcana molliorib⁹ cinēdis, quasi in aurę canerentur, vnam ex his virilibus mulierculis effutiisse, quod postea mirum in modum Catholicis profuit. Ac mox, veritas ipsa tenebrarum nefcia, se aperuit,

aperuit, apparuitque prorsus, suscepta Espertonis exoletorum principis, & tui Imperatoris A. S. ad Nauarrum profectio, oblata successorij annuli satisfatione, Germanorum copiis in Catholicorum perniciem euocatis, Regia pecunia subarratis, post Alnæam cladem in deditionem receptis, hæreticis vndique Lutetiam accitis, Lotarenis principibus verè Francis & Catholicis aula exactis, cinædorum gregibus inductis; Catholicis nobilibus supplicio traditis, Caluinistarum castellis in fidem susceptis, Nauarro furtim pecuniis donato, militibus aucto, Suefsionum Comite roborato, armilla cohonestato, ac mox Blesensi carnificina, cum Ecclesia Catholica, principibus Catholicis occumbentibus, penè corruisset, Tyranno altius proclamante, **IAM SE PRINCIPEM, IAM SE REGEM ESSE: QUID QUID IUBERET, QUID QUID IUBERET EXEQVENDVM, NEC ALIVM QVAM NAVARRVM SUCCESSOREM VELLE.** O ferream & homine liberali, nedum Franco, & Christianissimo Rege, prorsus indignam vocem! O scelestam, & nefariam furentis in Ecclesiam Tyranni profefsionem! Itane tam purum, tam pium, tam Religiosum principem, Religioni illudere, vt quam perditè amare se simulabat, eam hostibus, & perduellionibus, & excommunicatis, & relegatis, traditam & mancipatam velit?

Exulib⁹ sine datur ducenda Lauinia Teucris?

Adeone parum matris Ecclesiæ acriter gementis, & misericordiam & auxilium petentis, misereri? Non virginis sponsæ Christi lachrymis, non sin-

B § gutlibus,

gultibus, & suspitiis moueri, quin prædonibus exportanda, vinclis constringenda, & seruitiis turpiter annumeranda præberetur?

*Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta virgine prædo?*

Quòd si liceat iam mortui Tyranni, non inter pœnitentium suorum laruas beatè viuentis, sed inter horribilium spirituum cruciatus anxie gementis, inferias alloqui,

O Henrice,

*Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Quid consanguineo toties data dextera Turno?*

Itane fidem fallere, Deo oppedere, hominibus imponere, & augustissimi tui iurisiurandi obliuisci, quo tactis Euangelis, & dextera data Archiepiscopo, consanguineo tuo inunctori, tam sanctè deierabas, Ecclesiæ Catholicæ numquam defuturum, semper profuturum, hanc conseruaturum, imò propagaturum, & ad extremas vsque telluris oras, si fieri posset, perlaturum? Quid illustrissimus Cardinalis Borbonius sanctissimus princeps commeruerat, quòd tu illum contra verbum Dei, ^a contra diui Remigij testamentum, ^b contra Ecclesiæ commune votum, contra Catholici populi desiderium, contra tus ciuile & agnationis, contra Caroli magni vltimum elogium, ^c contra Philippi Augusti præceptum, ^d contra Philippi Pulchri ^e decretum, contra res toto Orbe à maioribus tuis iudicatas in Neustris, & Arthesis, & aliis orbis partibus, aut turpiter regno excluderes, aut illo præterito, hunc tuum scelestissimum hæreticum Nauarum,

^aDeu. 12. 8.
^b Apud Flooard. hist. Eccl. Rem.
^c Pro Lud. Pio cõtra Bernardi nep. Test. Car. Mag.
^d Pro Ioã. rege cõtra Arturum.
^e Pro Ma. eild contr. Roberti fratris filium.

rum, principi pio, Catholico, & bonis moribus prædito, anteferes?

*Dij tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Vsqum iustitiae est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant.*

Non est, crede mihi, non est agere Catholicum, sed Cacholicum, non est Constantinum Christianissimum principem imitari, sed Constantium mirum perfidiæ artificem representare, & pessimo successore relicto, quasi altero Iuliano Apostata, de Orbe ad idololatriam verso gloriari. O verè natricem Populo Christiano relictam! O te verè alterum Neronem, cui licuit exoptare, se mortuo, vt ab imo ad summum tellus dehisceret, & cœlum inferis misceretur! Num tu, pagani Imperatoris exemplo, conabaris, obtruso sceleratissimo successore, desiderium tui mouere, & tuorum criminum obliuisci, quibus Francia miserè conciderat? Num verebaris, ne reuerendi senis canicies ea vulnera sanaret, quæ tua flagitiosissima iuuentus corpori Christianæ Reip. inflixerat? Num formidabas ne religiosissimi principis indoles, omnem impietatem abigeret, quam tua omnium, quorquot sunt, quòtque fuère, quòtque post aliis erunt in annis, sceleratissima hypocritis, generi mortalium inuexerat? O te fœlicem, cui licuit non Dianæ Ephesinæ sanum, sed summi Dei templum, omnèque tuum imperium, & totum Christianum Orbem, ante obitum flammis furentibus tradidisse! O te Caligulam fortunatum, cui contigit vno ictu, vno Nauarro successore relicto, omnium Francorum

Francorum Catholicorum capita exsecuisse, omnes bonos mores iugulasse, & omnem maiorum tuorum fidem, non modò vulnerasse, sed etiam confecisse! Et quis non rideat, cùm nostra fœdera adèò tuis obfistentia detestabaris, cùm societates nostras execrabaris, & quòd pharmacum aduersus tua venena sumpfiffemus, nobis exitium pessimamque mortem minabaris? *Antidotum aduersus Casarem?* ^a dicebat ille. Certè si in hac parte peccatum est, nobile peccatum est: tam iuuat nos peccasse, quàm aliquod grande bonum orbi mortalium inuexisse. Tantùmquè abest vt nos habeas facti pœnitentes, quòd nos habes ingenuè & fortiter confitentes, imò magnificè glorientes. Fatemur fœderatos esse, ligatos esse, & Henrico rebelles, quòd Nauarro Hæretico collum subdere, successorem agnoscere, & statuam eius adorare, Nabugodonosore imperante, planè detrectauerimus. Tali fœdere sociati, nihil viro pio, nihil Christiano, nihil verè Franco, melius, & conuenientius esse arbitramur. ^b Bonifacium præfectum Prætorio Africæ in hac re ducem habemus, ipsumque Augustinum, meritò succensentes, quòd Catholico principi successor hæreticus traderetur. Fœdus illud, pala est, qua discernitur fruentium Catholicorum, à palea negatorum: cotis est qua aurum purum ab improbo iudicatur: Scala est ^c Iacob, qua aliis ascensus ad superiora, aliis descensus ad inferiora ministratur.

Quòd si de fœderatorum nomine nos irridetis, Deus ipse, non hæreticorum Deus, non politicorum, non amphiuorum vestrorum quibus fides &

^a Suer. In Calig. cap. 29.

^b August. Epist.

^c Gene. 15.

perfidia pro vita est, sed Deus ^a percutiens fœdus ^a Exod. 2. in sacris litteris appellatur. Nulla vox frequentior quàm de fœdere, nulla Religiosior, nulla magnificentior quàm de arca fœderis in Bibliis reperitur. Gaudet hoc nomine tanta maiestas, qua præfente, & altius inuocata, priuos lapides, silicèsq; priuos, priuas verbenas accepimus, & sustulimus, & pro agno, castis cordibus, in hæc verba fœderis nostri iurauimus: **SI A CATHOLICA VNQVAM DEFEXO, SI DEFLEXO AD HÆRETICORVM PARTES, SI AMICITIAM, SI FŒDVS, SI MATRIMONIVM, SI MERCIMONIVM CVM EIS FAXO, SI NAVARRO OPEM FIDEMVE DO, SI AVE, SI VALE DIXO ILLO DIE FVIMINE FERITO.** Hæc est nostri fœderis elegans formula, quam vos forsan ad hunc vsque diem ignorastis. Et si talium fœderum exempla conquiritis, intuemini in sacris scripturis aduersus Cananæos, ^b Iebusæos, ^c ^b Num. 33. & Amorrhæos, ^d & huiusmodi Orbis feces, hæreticorum vestrorum proauos, & atavos, sacras Israëlitarum societates: Speculamini aduersus Gad ^e ^e 1. ofue 22. & Ruben, reliquarum tribuum in arma erumpentium, pro Religione, diras comminationes. Spectate Edon ^f & Lobnæ nobilium ciuitatum, ab im- ^f Regu. 4. pio Ioram defectiones: videte Machabæorum fra- ^{cap. 6.} trum & cæterorum Iudæorum ^g contra Antiochum ^g Machab. 1. confœderationes; & existimate, non modò hæretes quasi clauos in oculis, ^h & lanceas in femore (sic ^h Num. 33. enim Scriptura loquitur) esse tollendas; sed ad vsque mingentem ad parietem, & vltimam propagationem penitus amputandas. Iam verò in Christianis

quanta

quanta exemplorum seges? qui cultui Dei vehementer addicti, pro Religione tutanda non modò fœdera sancuerunt, sed & contra legitimos principes legitimè decertarunt? Luber Armenios^a Christianos testes in primis citare, qui ne à Christi cultu auellerentur, non ex iure cum Maximino Imperatore manu conferuerunt, sed mage ferro, & vim vi validissimè repellentes, armis Christianam religionem nobili parata victoria, in suis finibus retinuerunt. Quid memorem Antiochenes,^b qui aduersus Iulianum Imperatorem constanter & intrepidè suam Ecclesiam sunt tutati? Quid Mediolanenses^c pro Ambrosiis? quid Romanos pro Liberiis? quid Constantipolitanos pro Chrysostromis? ^d Quid reliquos & Orientis & Occidentis populos, pro Episcopis suis, quorum autoritatem & Fidem, vi armata, aduersus legitimos, principes retinuerunt? Peruium est illud de Athanasio, ^e qui aduersus Constantium Imperatorem, licet suum natium principem, Constantem Catholicum armavit, & in defendenda Fide Catholicorum regum auxilia implorauit. Quis nescit de Attico ^f Episcopo Constantinopolitano, qui Theodosium impulit aduersus Persarum regem, quò Persæ Catholici supplices, & exules, & suis possessionibus pro Catholica Fide deturbati, cultu Catholico liberè fruenterentur? Quid? dulcissimi illi vestri consortes Hæretici & in Fide disturbanda commilitones contra Ecclesiam, sua fœdera sancuerunt: & nobis non licebit iisdem fœderibus pro defendenda Ecclesia perfidiam hæreticam retundere, & in vestram perniciem iungi & adunari? Quid vobis licuit quod maiori iure

^a Niceph. lib. 7. cap. 28.

^b Gregor. Naz. ora. 19.

^c Ambros. lib. 5. epist. Sozo. lib. 7 cap. 13. ^d Hilarij. cap. 13. libro 10.

^e Theod. lib. 2. c. 13. Socr. libr. 1. cap. 13.

^f Nic. lib. 14. cap. 2.

iure nobis non liceat? Sed quia in Anglo Catholico de his disseruimus, iterum Crambem istam non recoquimus, nec per eandem lineam nostram seram reciprocabimus. Noua certè, noua non sunt nostra fœdera, sed antiqua, & omnium Christianorum animis insita, quæ apud Francos contra Albigenes Hæreticos quondam sancita, nunc scælici augurio contra Henricum falsò Catholicum, contra Nauarrum verè Hæreticum, & Apostaticum, renouata sunt. Nam quo iure, is qui se Christianorum Coryphæum magna vesania dictabat, nobis Christianis Catholicis inuitis, & repugnantibus Hæreticum, prædonem pro principe successore obiiciebat? Qua audacia Fidem euertebat; Qua temeritate Regni fundamenta destruebat? Qua vertigine tot Catholicorum regum seriem innouabat? Qua mente omnium maiorum votis resistebat? Qua cæcitate tot populis, & Francis, & Catholicis, hæreticorum & huiusmodi impuritatum natiuis hostibus, hæreticum caput imponebat? Non ignorabat Regem a de fratribus eligendum, sciebátque satis, eundem ipsum Deum, qui iussit hæreticos vt sacros & instabiles vitari, numquam saluari, ^b numquam amari, ^c numquam benedici, numquam cum illis fœderari, ^d veruisse etiam Christianis & religiosis, & orthodoxis imperare. Quid? eúmne legibus præponi, quem leges à testimonij ^e dictione, à testamenti factione, ^f ab hæreditatis aditione, ^g ab omnium ciuiliu munerum functione ^h constanter arcuerunt, & tandem necari, ⁱ flammis vstulari, vt infœlicem arborem, nullo fructu conspicuam, voluerunt? ^k Si mancipium Christianum Iudæo esse non potest,

^a Num. 18. ^b 2. Ioan. Exod. 34. ^c Psal. 34. ^d Cyril Ca. thes. 16. ^e Paul. ad Titum. ca. 3.

^f L. Quoniam. de hæret. & Manich. ^g Authen. ^h Credenti. eod.

ⁱ Authen. ^j Cazaros. l. Cognouimus. eod. ^k L. Manichæos. de hæret.

^l Francis. ^m Henr. 2. & Tit. Cod. de Ne Mancip. Christi.

cur nos miseros, ille miser, quasi vilia mancipia, peioribus hæreticis obiiciebat. Cur tradebat feris laniandos, cur lacerandos, cur iniquo dente comminuendos, & distrahendos? Præclarum certè principem, & de populi salute, de Religione maiorum, de Rep. Christiana multùm sollicitum! Nihil est certè, nihil est, quod in hac parte nos expugnare debuerit, quo minus pro lege Dei, pro maiorum institutis, pro aris & focis decertaremus, & à vafricie vulpis Henrici, & à rabie lupi Nauarrici, nos nostramque Religionem rueremur. Non principis persona, non imperij dignitas, non autoritas imperantis, non Fides obsequentis, debuit vlllo modo retardare. *Rex enim etsi summum magnum est in suo solio vsque ad Deum, tamen infra Deum est*, inquit priscus Christianus. ^a Oportuit illius verè aureæ sententiæ magni Augustini meminisse, ^b *Magnum premium mereri, qui Imperatori contra Deum agenti, & diuina præcepta labefactanti, non obsequitur.* Nam ^c si humanæ societatis ratio hoc postulat, vt minor potestas maiori obediat, quanto magis Deo potentissimo Imperatori, & gubernatori cæli & terræ, & vt ait Poëta.

Regi hominùmque Deùmque?

Ecquis regum, ecquis imperatorum, vel exceptione legis, vel priuilegij, vel temporis vti potest, vt à Dei mandatis se abstrahat, & ab eius seruitute manumittatur? Omnes conferui sumus in domo Dei. Non est ille personarum acceptor, non aulicus, non iniquus, sed æquus æstimator. Tanti pauperè quanti principem facit, ac sapè magni pauperem, principem parui aut nihili, & à sola probitate, ac Christiana

^a Tertul. i. contra Marc.
^b Can. Imperatores Dist. 10.
^c Can. quæ contra. Dist. 8.

Christiana virtute omnis nostra æstimatio petenda est. Et quoniam ad hunc disputationis æstum nos perduxit oratio, lubet Christiani Iurisperiti Tertulliani ^a meminisse, qui de regum agnitione ita scribit piè & eleganter: *Quod attinet ad honores Regum vel Imperatorum satis præscriptum habemus in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum, subditos magistratibus & principibus & potestatibus. Sed intra limites disciplina, quousque ab idololatria separamur.* Et sanè eandem est Ephesinæ synodi disciplina, id est Orientis & Occidentis consensus. Nam cum Clerici Constantinopolitani Imperatoribus supplicem libellum præberent, ita principes obtestabantur: ^b *Professionis nostræ scopus, piissimi reges, inter alias leges omnibus quoque principibus & potestatibus obediendum esse cauet. Dummodo tamen ea obedientia animæ saluti detrimentum non adferat. Quod si illa inter vtilitatis limites non versentur, tunc etiam aduersus regium fastigium, cum libertate audendum esse, diuinarum legum interpretes monent. Imo verò si regia maiestas recta quoque fide ordinata fuerit, non pudoris, sed virtutis eximieque laudis loco ducendum erit, iniustus illius decretis obluertari.*

Scelus iubenti crede nunquam seruiam,

ait Poëta: Quid ad hæc, ô vos infælicia Henrici hæretici mancipia? Quid vos matularum præbitores? quid vos temporum palpatores? quid vos puluinariorum sub vtroque cubito compositores? Pudet adulatrici turbæ, quæ singulis momentis fatuo principi obstrepebat, etiam regi infideli obediendum. Non de laicis tantùm loquor, loquor de Ecclesiasticis, quorum in perdenda, & pessundanda

^a Tertul. li. de Idololatr.

^b Ephes. Synodus in editione Contijne num. 48.

^a Can. qui
restit. 11. q.
3. Ep. Sym-
machi ad
Anastasiū.

Ecclesia operæ locatæ sunt. Sed his quid Symmachus ^a Papa respōdet? Audiamus illum cum Anastasio Imperatore, quasi eum Henrico Valefio, & Henrico Borbonio, differentem: *Fortasse (inquit) dicturus es, scriptum esse omni potestati nos subditos esse debere. Nos equidem potestates humanas suo loco suscepimus, donec contra Deum suas non erigant voluntates. Caterum, si omnis potestas à Deo est, magis ergo quæ rebus est constituta diuinitè. Defer Deo in nobis, & nos deferemus Deo in te: Caterum, si in Deo non deferas, non potes eius vti priuilegio, cuius iura contemnis.* Sed quid ex his sequitur? Pelsimè Henricus, quòd contra verbum Dei, contra instituta maiorum, contra suam fidè, contra Regum sacramenta, quibus parere debuerat, nos hæretico subdere voluerit. At nos bellissimè, quòd fœderibus nostris ab iniusto Imperio, & iniusta prædonis possessione, nos potuerimus vindicare.

Sed in hoc contentioso fune nimium immoramur. Progrediamur ultra, & vestras rationes, si rationes sunt, audiamus. Sponderis Nauarum breui Catholicum futurum, si doceatur; sin minus, æqua lance vtramque Religionem cõseruatum. O vtinam, A.S. tam verè Christianū quàm Antichristianū, & tam benè ab Ecclesia Catholica agnitū haberemus, quã scimus Calviniano prostibulo addictū & cõtignatū. Vtinã, inquã ab officina aduersaria in domū Deiveniētē, ad Ecclesiã ab idolis accedētem, & illas, illas manus idolorū fabricatrices, purè, ingenuè, & gnauiter ad Christum Deum attollentem videremus. Nos certè qui cane peius & angue vt hæreticum odimus; qui aspectum eius horremus, qui eius

eius imperium magna nausea reiicimus, tunc vt Christianum amplecteremur, vt Catholicum veneremur, & eius genibus procumbentes, Regi pio, pia obsequia præstaremus. Sed quid falsæ & impuræ mercis vades prædelsque, tam libenter efficiunt? O egregios alienæ voluntatis sponsores! O fideiustores idoneos, & nullo pignore repromissores credendos! Tantisne periculis obici Ecclesiam Dei, tam parua spe futuræ nunquam reuerfionis? Itane quem lupo, itane virginem lenonibus, itane merces prædonibus exponi? Fides donum Dei est. Hanc cerdonibus interdum largitur, quam principibus abnegat. Habuit Lydia purpuraria quod Augusto, quod Herodi, quod potentioribus dominis Dominus præripuerat. De Fide hoc demum facit, quod de suo facit vnusquisque pater familiã, legat, donat, vendit, permutat, & vt est rerum suarum arbiter, ita in earum dispensatione solus sibi legem dicit. Quomodo vos de Dei voluntate & Nauarri vestri ingenio tam certi estis, vt illum daturum, hunc accepturum Fidem existimetis? Quid si perconter an dignus sit qui Fidem recipiat, quam bis repudiauerit, quid respondebitis? At non ita Palinurus apud Virgilium.

—*mène huic considerare monstro?*

*AENEAM quid enim credam fallacibus Austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?*

Nos Catholici, vt Plautinus ille seruulus, oculatas manus habemus, *Quod vident credunt, quod non vident non credunt.* Scimus ex Hieronymo ^a semper hæresim simulare pœnitentiam vt docendi (addo & imperandi) in Ecclesijs habeat potestatem.

^a Hier. ad
Augu. ep.
24.

Nihil est tam tritum, nihil tam vulgare apud illos qui illam norunt, quam esse simulatricem, deceptricem, & sceleratissimam proditricem. Bonus hæreticus, ingens vulpes. Sic à Cypriano^a serpenti comparatur, qui latenter obrepat, & per pacis imagines fallens, occultis accessibus serpit, sed grauius percutit. *Nostram* (inquit Tertulianus^b) *sectam mentiuntur hæretici, quos tamen refutamus.* Quid nos igitur mentientibus, & fallentibus & decipientibus Hæreticis, quasi Punicæ Fidei subiicitis? Quid Ecclesiã blandis Coluinarum adulationibus conceditis? Quid Regnum Franciæ fictis reuersionibus deprædandum exponitis? Quid nos spe vana lactatis? Nos equidem matris Ecclesiæ, vt optimi filij, damna formidamus, de periculis eius timemus, de securitate eius delectamur. Eius clementiam nouimus, & tot culparum diaris abolitionibus experimur. Nemini gremium claudit, hoc annuimus: Sed se facilitate decipi, omnino abnuimus. Sic cauta & prouida, ab hæresi redeuntibus, & forsam reuersionem simulantibus, leges pœnitentiæ præscribit, modum adsignat, tempus indicit. Vetus est^c Ecclesiæ consuetudo, vt qui à peccatis grauioribus nedum ab hæresi respiciunt, ante fores Ecclesiæ inter pœnitentium greges nudis pedibus consistant, sacco se obnubilent, cinere se aspergant, charis Dei, id est, presbyteris adgeniculentur, animum mœroribus deiciant, mugiant dies noctesque, & vultibus in terram demissis, reos se & habitu & oculis confiteantur. Quid de hæreticis? Vt ante pœnitentiam hæresim abiurent,^d & Catholicam fidem viuam

^a Cypr. li. de v. a. Eccl. clif.

^b Tertul. ad Scapulam.

^c Can. in capit. can. pœnitent. res. 50. dif. Cypr. Epi. diu. 10.

^d Concil. Aret. can. 9.

voce, & syngrapho dato confiteantur. ^a Et sanè^a Tertul. in Apol. elegans est de ea re primæ Constantinopolitanæ synodi narratio: *Ita eos recipimus (inquit) vt ante omnia libellum præbeant, hæresim anathematizent, & sancto chrismate, non modo oculis, sed naribus & auribus & ore & fronte signentur. Ac primo quidem die eos Christianos facimus secundo Catechumenos, tertio Energumenos; eosque exorsizamus, & adiuramus ter eorum faciem auresque exsufflando, curamusque vt longo tempore in Ecclesia versentur, scripturarum lectione instruantur, & tandem baptizentur.* Quòd in omnibus p̄ficeis Hæreticis & factitatum & laudatum est. Nam quis sine pœnitentia & abiuratione & Hæretici sceleris detestatione Hæreticum hominem in Ecclesia recipiat? *Detur nobis* (inquit Gelasius^b Anastasio Hæretico^b Epist. ad Imperatori) *exemplum in Ecclesia Dei à quibuslibet Pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Salvatore, veniam nisi corrigentibus fuisse commissam: auditum autem sub cælo nec legitur nec dicitur quod eorum voce depromitur, Date nobis veniam, vt tamen nos in errore duremus. Vos igitur compello, ô Turronenses & Catalaunenses adiaphori, quibus religio adeò cordi est, scilicet: cur nos vestrum Nauarrum nulla scelerum conscientia tactum, nullo pœnitentiæ cinere fœdatum, nulla contriti cordis macie confectum, nulla abiuratione Catholicum factum, nulla post relapsam confessione absolutum, sed furentem, sed sæuientem, sed in omnes Catholicos, in templa, in aras summi Dei immaniter rugientem, albo nostro conscribi desideratis? Cur in Catholicorum agris spargentem flammam, gladium tenentem, cades, incendia,*

^a Can. Ab-
fic. 50. diit.

cruciatu, dira omnia Catholicis minitantem, monachorum corde madentem, virginum monialium incestis foetentem, nobilium foeminarum libidinibus exultantem, omnium bonorum cruciatibus triumphantem, in numerum Catholicorum regum cooptari suaderis? ^a Absit, absit à Romana Ecclesia (id est vere Catholica) vigorem suam tam profana facilitate dimittere, & nervos severitatis eversa fidei maiestate dissolvere, ut cum adhuc non tantum iaceant in peccatis, sed etiam cadant eversorum fratrum ruinae, properata nimis remedia communicationum, utique non profutura, praestentur. Vbi enim poterit poenitentia medicina procedere, si etiam ipse medicus, intercepta poenitentia, indulget peccatis? Hoc cerè est non curare, sed occidere. Vulgare est illud in Ecclesia, Impoenitentibus ^b venia concedi non potest. Sic ^b Leprosus in prisca lege non nisi mutata veste & capillis rasis intra castra recipiebatur. Nam si Impoenitentibus ^c venia conceditur, (ait Iuo Carnotensis ^c) quanta spes impunè peccandi peccantibus de cetero relinquatur?

^b Leuit. 14.

^c Iuo Epi. 28.

^d Hier. hereticatechumenus, hodie Pontifex, heri lupus, apax, nodie Benjamin. Ep.

^e Can. ad abolendam de heret. f. l. l. qui de ap. cod.

Sed fingamus illum pulchrè poenitentem, nec iam lupum rapacem, sed Beniaminum ^d poenitentiae capacem, non Saulem sed Paulum, non persecutorem malucolum, sed prosequutorem beneuolum; an putatis statim in regium ordinem recipiendum, eius Imperiis obsequendum, & Religionis statum committendum? Notum est illud de Apostatis & relapsis, etiam si ad Fidem Catholicam redire voluerint, tamen vltima poena feriendos. Sic Ecclesia sanciuir, ^e sic Imperatores decreuere, ^f non fastidio reorum, quibus

quibus quantumuis iniquis sacramenta non denegantur, sed quòd frugis consequendae spes omnis succisa est, vel quòd seueritas à tanto scelere debeat deterrere. *Conciliate me salem insulsum*, exclamabat Ecebolius ^a ille temporum palpator, & suae Religionis frequens infractor. At verò vestrum Nauarrum, quin nouum Ecebolium consueamini, non est, ut arbitror, quod dubitemus. Quòd si negatis, satis superque suae palinodiae, & canis ad vomitum reuersi locupletissimos testes habemus, non modò vos, sed etiam viros pios, & templa ipsa, ipsumque Solem qui tam periurum caput inuiri aspiciunt, nec sine angore contuentur. Sed concedamus lapsum, non relapsum, & si sit relapsus, poenitentiae legitima legitimis remediis perfanatum, an existimatis post poenitentiam, quam adhuc nullam exercuit, aut nouae adipiscendae dignitatis, aut veteris retinendae ius potestatemque habuisse? Vetus est illud veteris Christiani ^b *Illud praenibus studete cauere, ut lapsos in sacro ordine nulla nobis supplicatio aliquomodo reuocare contendat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur eis esse vindicta. Satis habeant* (dicebat Cyprianus ^c) *quod admittuntur ad pacem, qui pacis hostes fuerunt: nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerunt. Quae omnia prudentissimè à matre Ecclesia instituta sunt, ut denegatione temporalis altitudinis, medicina maior esset humilitatis.* ^d Sic olim Donatistis, & factiosis, & ambitiosis, & verè Calu-

^a Hist. tripart. lib. 6. cap. 38. N. c. ph. li. 10. cap. 23.

^b Can. si lapsus 50. d.

^c Can. si qui 1. q. 7.

^d Can. c. 6. stituerent 10. diit.

^a Concil.
Anc. Can.
12. Can.
presbyter.
ros 10. di.

nistarum fratribus, omnis spes, licet redeuntibus, consequenda primatus dignitatis præcisa est. ^a Sic lapsis presbyteris, & Episcopis, licet penitentibus, omne ius offerendi, & ad populum in ambōnè sermonem faciendi præreptum est, solaque laicorum communione uti permissum. Non ignoro tamen, veterem illam disciplinam, aut ratione temporum, aut respectu personarum, aut antea actæ pœnitentiæ consideratione, quodammodo mitigatam. ^b Scio ex Hieronymo, ^c Episcopos quosdam à Sylvestro, Iulio & Marco summis Pontificibus, & à Nicæna synodo ^d suis gradibus restitutos. Sed quia Regibus & Imperatoribus, non vnus diæcesis, sed totius Orbis animæ subduntur, quis neget vbi maius periculum, ibi maiorem cautionem esse adhibendam? Longæ regum manus, sublimè caput, & vastissima potestas. Ea est communis Imperatorum vox apud tuum Senecam, ^e A. S. *Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui in terris Deorum vice fungerer, quid cuique fortuna datum velit, meo ore pronunciat.* Et sanè tot illustrium Martyrum corpora, partim flammis, partim securi, partim fluctibus tradita, satis docuère, quid Nerones, quid Domitiani, quid Diocletiani, quantumuis infandi & abominandi, haberent in Orbe iuris & potestatis. Nòsne igitur huic ^f Cynocephalo Navarro subici, in quo non iam paganorum principum crudelitates, sed & Attilarum & Alaricorum & Totilarum Orbis fulminum feritates & rabiem experiamur? Audite Terrullianum de hæretico Marcione differentem quod in vestrum Henricum ritè iaculemur: *Scythia tetrior, Hamaxobio in-*

^b Cypr. ep.
10.
^c Hier. cōtra Lucifer.
^d Can. vlt. Nic. syno.

^e Seneca de Clem.

^f Can. vt cōstituere tur. 10. di.

stabi

stabilior, Massageta inhumanior, Amazonia audacior, nubilo obscurior, hyeme frigidior, gelu fragilior. Istro fallacior, Caucaaso abruptior. Hæ sunt enim communes hæreticorum dores, cum quibus ad Imperium euocandus est. Quid si se Catholicum fingat, quod & credimus, vt hac decipula incautos Catholicos inuadat, & tandiu exoptata corona vultur potiatur? *Expertus credo, dicebat Augustinus, aliquorum fictas pœnitentias & affectatas, per desideratas honorū potencias.* Vos monstrum hoc non bene nouistis: *Prima hominis facies postremo corpore Prifistis.*

^a August.

Et quis Iuliani Apostatarum principis non reminiscatur, qui e mentita Fidei professione, vbi imperiale culmen atigit, nullum non scelus aduersus Ecclesiam perpetravit. ^b Adeone nos infandi huius Anastasij ^c non recordari, qui vt imperium capesseret, suo Chirographo, veteri Christianorum more, ^d se obstrinxit, Catholicam fidem tutum: sed mox vt in possessionem missus est, ô Superi, quos non tumultus, quas non Tragædias contra Catholicos excitauit? Magis profectò, magis securum est illud Procopij ^e de Aspare imperium ambiente, *Non posse imperare, quòd esset Arrianus.* Et certè non ignorabant maiores nostri, nihil hæretico homine periculosius in Republica, nihil exitiosius, nihil deterius esse quicquam posse.

^b Greg. Naz. orat. cōtra Iul. ^c Zon. in Anastasio. ^d Tertu. in Apolog.

^e Procop. l. 1. de bello Vand. Zona. in Marciano.

Age verò rumpamus hunc funem & reliquias excusationum vestrarum indagemus. Spondetis, si doceatur, Catholicam Fidem suscepturum. O periculosam repromissionem, iocōne an serio à vobis dictum accipiemus? Si ioco, lepidi estis, si serio, maligni. Quid? ab hinc 20. annis quo nobilis ille

prædo in Christi ouiculas grassatur, nihil aliud suis criminibus obtendit quam doceri velle, velle instrui, & tamen grassatur. Ad eone paucos in Ecclesia Magistros, qui tam nobilem & ingenue spei adolescentem, non suscipiant, vt Catholicæ Fidei præceptis informetur? Vbi, vbi sunt nostri Genebrardi Auenenses, Sanctij Eburonenses, Hennequini Rhedonenses, Rosari Syluaneenses, Angelarij Brixionenses, vbi reliqui Franciæ doctissimi, & pij Episcopi, vbi nostri Theologi, qui tam insignem Catechumenum, sponte, scilicet, se offerentem, sacerdotum pedibus procidentem, pœnitentium cineribus sordentem, tam superbè negligunt & auersantur? Quod si forsan seueriorum Episcoporum & in doctrina Catholica rigidiorum supercilia reformidat, cur non Lenuncutio, viro portentosa doctrinæ, & prodigiosa castitatis, & in primis integerrimo, sibi que vltra aras amicissimo, & suas partes arctissimè fouenti, se informandum & erudiendum non commisit? Cur legatis ad eum ex tribus Regni ordinibus fidem non adhibuit? Cur susceptis ad eum tot itineribus, Regiæ Matri se non credidit? Cur ab ea præceptores non petiit? Sed cur oblatos respuit, cur expuit, cur exhorruit? Egregium sanè discipulum Quintilianis nostris instituendum præbetis. At at, scutica dignus, qui tam pigrè, tam desidiosè (vereor ne insidiosè) se informandum curet. Orbilio^a plagoso opus est, qui prædagogorum sceptris, ferulisque, tam torpentia latera lenè suam institutionem procurantis conscriberet. Verùm intelligo, cur tam pauci aut adeò nulli præceptores se præbuerint, quò Religionis Catho-

lica præceptis informaretur. Norunt enim hæreticorum ingenia & mores. Verebantur ne ab effreni discipulo & plerumque rabido cultris pennariis lancinati, exemplo Ioannis Scoti^a sæuissimè trucidarentur. Verebantur ne Stephani Antiocheni Episcopi infortuniis præcipitarentur, quem hæretici pueri hæretico Gaaphæo fauentes, calamis quasi acutis cuspidibus iugularunt. At non à Theologis, sed ab exorcistis illa institutio inchoanda & peragenda est. Sed rogo vos, quorsum hæc institutio, si iam Christianissimus à vestris Philippicis proclametur? Certè hominem Christianissimum, quasi in fide rudem, præceptoribus egere nunquam didicimus. Si Christianus est, imò si Christianissimus, si in fide doctissimus, si in Religione fidissimus, puerorum catecheses abiiciat, elementa cum nucibus relinquat, spernat, negligat & altiori cælo se committat? Quod si hæreticus est, qua fronte vos rigidi Catholici, & vester ille Turonum senatus tam putidis chartis hunc Christianissimū nuncupari permittitis? qua patientia tã pretiosis elogiis gaudere, qua vesania finitis tã honestis titulis decorari? Sed malè sit vobis malè Christianis hominib⁹.

Nunc videamus an vtrâque quam vos religionem dicitis, æqua mente sit conseruaturus. Ac primùm, ferre non possum, quò hæretica deliramenta, & dæmonum fæces, contra sacræ Scripturæ rationem, contra Ecclesiæ instituta, contra omnium Patrum mores, religionis nomine dignemini. Aliter enim Pagani, aliter Christiani, aliter Catholici, aliter Hæretici loquuntur. An ignoratis vnam esse Religionem augustissimam, quæ cælo delapsa,

^a Crini. de
hon. disci.
^b Niceph.
li. 15, c. 28.

^a Horas
Satyr. Hic
ron. Apo.
cõtra Ruf.
Suer. de
Clar. Grã.

delapsa, & veluti summum bonum generi mortali-
 lium data, vastissimum terrarum Orbem diuinis ho-
 noribus afflauit, iacentem excitauit, sepultum ani-
 mauit, Deo sociauit, & nos homunciones cœli
 fastigiis adæquauit? Quid puræ Virgini lenam
 impuram sociatis? Quid tantum decus, tanto
 dedecori adglutinatis? Quid rem tam sanctam
 tanta fœditate prophanatis? Vnum tantum caput
 diuersa membra recognoscunt. Et vt vno Sole sy-
 dera, vno Spiritu corpora, vno Rege imperia de-
 lectantur: sic vnus Orbis, vna Fide, vna Religio-
 ne, quasi nobili Principe, superbit & animatur.
 Sarra vno suo Isaac, Rachel suo Iacob mirificè
 delectatur. Si plures sunt Christi, si plura sunt Ba-
 ptismata, plures etiam Religiones patiamur, plu-
 res Ecclesias quasi pellices, & focarias, cum legi-
 tima sponsa sanctissimis Diuinitatis thalamis indu-
 camus. Lutheranos, Calvinistas, Anabaptistas, &
 huiusmodi sterquilinia, imò Mahometem ipsum
 recipiamus. Christum bicipitem nobis fingamus,
 tricicipitem vt Cerberum, septicipitem vt Hydram
 fabulemur. Sed vnus est ^a Christus, vna Fides,
 vnum Baptisma, vna Ecclesia ^b vna Cathedra,
 super Petrum Domini voce fundata. Hoc olim Ro-
 mani ciues, hoc Constantinopolitani, hoc om-
 nes Catholicæ vrbes clamitabant, cum à Con-
 stantio Imperatore duæ quas dicitis Religiones
 præciperentur, & vestro more, Arriana deliria,
 Apostolicæ fidei æquarentur. Vna est, vna est,
 Inquam, Ecclesia Catholica, Virgo elegans, for-
 mosa, casta, quam Christus suis thalamis acciuit,
 quam Patre præsentē desponsauit, quam suo
 sanguine

^a Paul.
 Ephes. 4.
^b Cyp. ep.
 40. & 75.
 Theod.
 lib. 2. c. 17.

sanguine dotauit, quam pronubo sancti Spiritus
 annulo subarrauit, quam sub Crucis velamine so-
 ciauit, quam Angelis paranymphis commenda-
 uit, quam osculo sancto delibauit, & cuius tabu-
 las nuptiales non modò lata tellus, sed etiam
 ipsum Cœlum subsignauit. Quid ergo nobis Pari-
 siensibus illam vestram, non Platoniam, sed Cal-
 uinisticam Androgynem, quasi ante commen-
 tum in Religione proponitis? An vna Fide Ca-
 tholica conseruanda, nostrorum Parisiensium ve-
 rus elogium, & interminatos animos ignoratis?
 DEVS VNVS, VNVS REX, VNA FI-
 DES, VNA LEX. Hoc publicis Urbis nostræ
 ædibus inscriptum, hoc parietibus insculptum, hoc
 fenestris vitreisque depictum, hoc aulais tapetif-
 que intextum est. Et vt à teneris vnguiculis doceamur
 quid in Religione sequendum sit, nobis pue-
 ris hæc elogia canuntur, adolescentibus leguntur,
 senibus commendantur. Facessant igitur illa ve-
 stra de duplici Religione portenta, & ex sacris scri-
 pturis discite non in eodem thuribulo ignem sa-
 crum & profanum ^a imponi, non in eadem ara
 arcam Dei & Idolum ^b Dagon constitui, non Chri-
 stum & Antichristum, non cœlum cum inferis, non
 Catholicam Fidem cum catholica Gebennensium
 infidelitate, in Francico solo sociari debuisse. Si
 Christus Deus est, cur Baal Calvinistarum sequimi-
 ni? Si Baal Deus, cur Christum Catholicorū con-
 fitemini? ^c Non bene cōuenit, inquit Tertullianus, ^d sig-
 no Christi & signo Diaboli, castris lucis & castris tenebra-
 rum: non potest vna anima duobus deberi. Coherere non
 potest (ait Cyprianus ^e) amaritudo cum dulcedine, caligo
 cum

^a Leuit.
 cap. 10.
^b 3. Reg.
 cap. 18.

^c 3. Reg.
 cap. 18.
^d Tert. de
 cor. mil.
^e Cyp. de
 vn. Eccl.

cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Quibus verbis quis non videt quomodo vos vestramque *ἀδυναμίαν* turpiter excludat, & nominatim execretur? Quis non percipit quàm seuerè accipiat qui à Catholicorū partibus ad No-uatianos transierunt, quomodo vos à nobis Catholicis ad hæreticos Caluinistas, & Besanos lanistas magno pudore transiuisistis? Quòd si vestras Religionum indifferentias (vt ita loquar) à Germanis, Polonis, Heluetiis, receptas esse arbitramini: videte num ratione magis quàm factis, num legibus magis quàm exemplis, sit iudicandū. Quanquā in Germania, Polonia & Heluetiis, tã Catholicis Principes quā vrbes nō nisi Catholicā Fidē suis finibus prædicari patiātur. Sed vix risū cōtineo, cū audio huic Catoni non iniurato, sed iurato, & peierato, vos adeò credere, vt Catholicā Fidē cū Bezana perfidia conseruaturū existimetis. Nā quo meliori argumento ex legem, impium, alterūque Mezentium, Superum contemptorem, vestrum esse Nauarrum probare vnquam potuissetis? Sub eodē imperio Christum & Sathanam, sub eodem thalamo vxorem & pellicem, sub eodem tecto furem & patrem familias æquis conditionibus tueri, quid aliud est, quàm diuina humanaque iura dissoluere, & in summa omnium rerum confusione versari? An putatis hoc esse agere regem, an pascere gregem, tueri legem, an vero omnia perdere, prodere, profligare, & ima summis magna ruina permiscere? Audite quæso, audite quid de vestra impietate Augustinus^a Ecclesiæ lumen sentiat: *Quis* (inquit) *mente sobrius regibus dicat,*

^a August. Epist. 50.

Nolite

Nolite curare in regno vestro à quo teneatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri: ad vos non pertinet quis velit esse siue religiosus siue sacrilegus. Quali diceret eos qui vestro more hac auribus regum & subditorum animis insinuant, minimè esse sobrios, sed dementes, & instar nefariorum ciuium non modo à Rep. pellendos, sed quasi rabidos canes, cæde & internecione penitus esse delendos. Nec moramur Mirmillonum vestrorum de Theodosio exemplum, qui cæteris sectis damnatis^a No-uatianos in vrbe retinuit. Nam cur retinuit? quod eiusdem Fidei essent cū Catholicis, nec nisi in lapsorum Communionem laberentur. Sed Sozomenum^b de vna Religione indicta quæso attentis auribus audiamus: *Rescriptum* (inquit) *emissit, quo declarabat vt vniuersi subditi eam Religionem amplecterentur, quam Petrus Apostolorum princeps ab initio tradidisset, quàmque tum Damasus Roma, & Petrus Alexandria episcopus conseruarent. & vt illorum Ecclesia diceretur Catholica, qui Trinitatem diuinam æquali honore colerent: Qui diuersum sentirent, eos Hæreticos appellari, instabiles esse, ac supplicio affici.* Quid ad hæc respondebitis? Quid dicetis? Sed volumus non modo Theodosium, sed & Gratianum neminem ad Fidem cogisse. An ideò Hæretici contra præceptionem Ecclesiasticam non sunt ad Fidem cogendi; non compellendi, non astringendi; nequam semel Ecclesiæ Fidem dedere, irritam faciant, & magno periurio labefactentur? Nulla est sanè, nulla est peior mors animæ, nullus crudelior interitus, quàm libertas erroris. Sed ad rem redeo, & ita vos interrogo: Quomodo huic Hæretico confiditis,

^a Socr. 7. cap. 4.

^b Sozom.

fiditis, aut confidere simulatis? Si patrifat, qualem simulatorem futurum speratis? Nam qui vulgo pater eius dicitabatur, primum Christianus, mox Hæreticus, deinde Catholicus fictus, tandem factus Lutheranus, obfesso Rothomago magna omnium admiratione, & stupente illustrissimò fratre Cardinali Borbonio, à quo hæc audivimus, mortuus est. Quid filius? Christo Fidem dederat, infregit, ad Sathanam se receperat, euasit; mox ad nos redierat; erupit, Regi se obstrinxerat, illudit, Pio quinto repromiserat, irrisit; ad extremum se Catholicum fore sponderat, fefellit, fallitque in dies; & tamen huic Euripo quantumvis fluctuanti, & mentienti, & Deum, hominèsque, imò sibi amicissimum Sathanam decipienti, non modò Fidem adhibetis, sed & à nobis adhiberi tanto Christianæ pietatis periculo suadetis? *At istud periculum in filia mea fieri graue est*, inquit Terentianus Chremes. Meminisse oportuit, quanta damna credulitas in iure patiatur. Non lupis ouile, non adulteris cubile, non furtibus tam pretiosum, & speciosum monile committendū est. Quod si tanta factorum acerbitate premeremur, sed Superi prohibere nefas (vt nullo reclamante, augusto Francorum Imperio potiretur, breui certè & forsitan magno vestro malo sentiretis, ô mirabiles & miserabiles & prodigiosi Catholici, quid horroris & vastitatis, non modo Catholica Fides, sed quid supplicij omnes tam legitimi Catholici quàm spurij paterentur. Intuemini Rupellam, Geneuam Sedanum, cæterasque Hæreticorum & Cacorum vestrorum cruentas specus: Speculamini Angliam,

non

non iam Catholicorum, sed anthropophagorum, & immanium Cyclosum insulam, reperietis, nulla ac ne minima quidem Catholicæ Fidei vestigia, his terrarum partibus superesse. Nullibi quàm in gemoniis, & patibulis, aut in carceribus, & equuleis, aut in terræ visceribus Catholici visuntur. Quin, ipsa Iesabella Caluinistici lupanaris nobile prostibulum, & crudelium Læstrigonum potèrissima imperatrix, fratrum nostrorum cladibus superbit, tormentis delectatur, cædibus saginatur, & vt ait Poëta.

Visceribus miserorum & sanguine pascitur atro.

^a *Illæ est mulier fornicaria, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt* ^{a Apoc. 7.} *qui habitant terram de vino prostitutionis eius: Mulier (inquam) fornicaria sedens super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiarum, ebria de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum IES V.*

Atque hæc sunt A. S. quæ de vestra à nobis defectione, & de nostra contra Henricum vestrum, vestrosque hæreticos cõfœderatione, dixisse oportuit. Quibus, si Cardinalis Guisij cædem nefandam, si Cardinalis Borbonij & reliquorum principum præhensionem non ferendam, si omnium regni ordinum profligationem pudendam, si excommunicationem horrendam, si Franci popelli depredationem abominandam, si Dominicæ crucis raptinam detestandam, si sacrilegia, si portentosas libidines, si in viris per viros monstra & scelera, si adulteria, si periuria, & reliquas hominis virtutes addideritis, rem non minus gratam quàm veram, & à cõfœderationis nostræ causâ non alienam feceritis.

D ritis.

ritis. Cæterùm ne mirere si acerbius paulo quàm tua dignitas postulet tecum egero. Moses ^a enim mitissimus hominum Magos Pharaonis pessimo vlcere percussit, & Schismaticos & Idololatrias ad internecionem vsque cõfecit. Quid Dauid Regius Pfaltes, & mansuetissimus propheta ^b ? *Imple facies eorum ignominia, vt querant nomen tuum Domine.* Sic Ioannes Pharissæos ^c: Sic Christus Herodem, ^d sic Paulus infantes Galatas, ^e sic Tertullianus ^f Marciones, sic Hilarius ^g Constantios, sic Nazianzenus ^h Iulianos, sic Hieronymus ⁱ Vigilantios, sic Augustinus Donatistas, & omnes Ecclesiæ athetæ in Circo Fidei digladiantes, suos hostes excepere. Cæterùm hoc de me existima, quòd, *omnis*, vt ait Hieronymus ^k *qui intra domum Ecclesiæ agnum non comedit, mihi prophanus est. Videant*, inquit Ambrosius ^l, *quid mereantur à cunctis, qui suo iudicio separantur à cunctis.*

Veniamus nunc ad secundum caput Expostulationis nostræ, & de vestra cum hæreticis societate, non de plano, sed quasi pro tribunali, ita vestra dignitate postulante, iudicemus. Ac primùm, discutiamus quis fuerit priscorum Francorum in hæreticos animus, quæ mens, quæ benevolentia, quæ cum illis amicitia, quæ confœderatio. Certè non pigebit in hac parte nostri Bernardi ^m quanquam monachi & vobis & hæreticis omnibus inuisi, sed verè Franci, domesticum testimonium exhibuisse. Nam tanto, & tam ardenti & Vatiniانو prorsus odio Francum populum in Hæreticos exarsisse commemorat, vt captis & confelsis, non iam illud verus expectaret, **I L I C T O R M A N V M E N D O I A C I T O, C A P V T O B N V B I T O, I N F O E L I C I**

A B R O R I

A B R O R I S V S P E N D I T O. sed vi præueniente, nec iudicium sententias, nec spiculatorum manus expectate, raperet, traheret, & in varias partes laceraret. Laudat vir pius, Fræci populi in Christianâ Fidē inauditum amorē, licet factum non probet, & in hoc, veros Francorum mores cõmendat, quòd Christianæ Fidei ardētè addicti, hæreticū scelus in Fræcico solo nullo modo pateretur. Et profecto inest hominibus verè Francis, nescio quis Hæreticorum natiuus horror, vt sine stomacho videre, sine nausea tam fœtida monstra odorari non possint. Sic olim Priscillianos, sic Episcopos Taurinenses, ^b sic Henricos, ^c sic Abaliardos, ^d sic Porretanos, ^e sic Berengarios, ^f sic Albigenes ^g Francia respuit, & exspuit. Sic Arnaldos ^h Brixienenses repulit, & tam nefanda telluris pòdera, vix, ac ne vix quidē potuit sustinere. Lubetne nostrarum rerum Annales euoluere, & maiorum in Hæreticos odium libris prælucētibus inuestigare? Inuenietis non modo armis sequeutibus, sed & scriptis erudientibus, & principum placitis, & innumeris S. C. hæresim prostrasse, conculcasse, & ad vsque viscera confixisse. Spectate Clodouæos in Arrianos ⁱ erumpentes, Alaricum cædentes, ^k & Fræcisca sua) sic enim veteres Fræci suos enses appellabāt ^l) has mundi pestes abigentes, & profligantes. Videte Childbertos, Amalaricos ^m fugantes, persequētes, trucidantes, Arrianorum thesauros deprædantes, Toleum ⁿ subigentes, Catholicam Fidem Hispanis inuehentes, & hæreticorum peste Cantabricos sinus liberantes. Aduertite Martellos ^o in Sarracenos sæuientes, Carolos Magnos in Saxones, P

10. m. Ami. li. 2. c. 8. n. Aym. li. 4. c. 52. o. Aym. lib. 4. c. 69. p. Cap. 92.

D 2

Danos,

^a Exod. 9.

^b Leuit. 10.

^c Lucæ 3.

^d Matt. 13. 21. 16.

^e ad Gal. 3.

^f Tert. cõ. tr. Mart.

^g Hil. cõ. tr. Cõst. & Auxentiũ

^h Arianos.

ⁱ Greg. in Oratiõibus cõtra Iulianum.

^j Hier. cõ. tr. Vig.

^k August. de agone

^l Christ. ca. 29. 57.

^m Hier. Ep. ad Dam.

ⁿ I Ambros. Ser. 50.

^m Bern. in Cant. Cãt. ca. 66.

^a Seuer. Sulpit. Gregoriũ præf. præf. Galliarũ Priscillianist. viam ambiendi præclusit. Fel. 2. his. Maximus. Priscillianum in Gallis in terfecit. b Ionas Aurel. lib. de imag. c D. Bernard. epif. 240. d Otho. Fris. c. 47. vbi de gest. Frid. Ber. epif. Innocent. 194. e Otho li. 1. de gest. Frid. c. 6. f Sigebert. anno 1051. can. ego Berengarius de cõf. dist. 2. g Hist. Al big. b Bern. ep. 196. i Ami. li. 1. ca. 20. k Ami. lib. 1. c. 12. l Greg. Tur. li. 3. c.

^a Cap. 31. ^b Ca 69. ^c Cap 72. ^d An. Frã. sub Ludouico Iunior. ^e Ionuillæus. ^f Vide capitula Parisiensi cõmunio Tholofano. ^g Præfatio Ionæ Aureli. in librum de imaginibus. ^h Gagau^o l. 6. ⁱ Idẽ eod. l. 10. ^k Froissar. l. Annales Armo. in Franciaco primo.

Danos, ^a Sclauos, ^b Langobardos, ^c & Hispanos, ^d pro Fide armis decertantes. Ludouicos nostros ^e Solymorum sceptrā repetentes, Saladinostremefacientes, Orientem quatientes, ipsumque D. Ludouicum, omnium Principum quotquot fuere in Frãcia sapientissimum, & religiosissimum, unã cum Christianissimis Francis, Albigenisum sectam proscindentes, ^f & hæresim sua manu, suoque gladio perire, & se ipsam iugulare compellentes. Quid Francos scriptores memorem, quid Francogallos, qui non pugionibus, sed pugillaribus, non gladiis, sed radiis stupendæ doctrinæ, vesanos Hæreticos confoderunt: Citémne Irenæos Lugdunenses, Hilarios Pictauienses, Phæbadios Agenenses, Vincentios Lirinenses, Honoratos Cadomenses, Bernardos Clareuallenses, Genebrardos Aquenses, Vigoras Narbonenses, Bilios Prunenses, Heruetos Aurelianienses, Epsenfos & Bucherios Parisienses, & innumeratos doctrinarum fontes, quibus nõ modo Ecclisã arua irrigata, sed & Hæretica deliramenta eversa, & tandem rapidis scientiarum vorticibus raptã, & demersã perierunt? Legite Ludouici Pij ^g aduersus Claudium Taurinensem pro imaginibus iudicium, Augusti ^h de Almarico Carnotensi, & Albigenisibus ⁱ decretum, Caroli sexti ^k de Bethisiaco placitum, Francisci ^l primi de Lutheranis, & Calvinistis vestris confratribus laniandis, concremandis, & pulueri adæquandis edictum, & tanti regis literarum omnium restitutoris verè regalem & nobilem vocem percipite, se sibi brachium audacter amputaturum, si Hæretico carcinomate fœdaretur.

Quid

Quid memorem Henricum secundum? Quid Franciscum eius filium; quorum si prior vixisset, omnes Hæreticorum cicutas & mala gramina subsecuisset. Hic verò Calvinistarum papauerum Nauarri & Condæi summa capita penitus amputasset. Et sanè si quæ parabantur remedia vulneribus adhibita fuissent, iam dudum nostrum Imperium conualuisset, & nunc fœdo hæresis carbunculo, ad mortem vsque miserrimum regnum non laboraret. Quis nescit saluberrimã illam venæ sectionem diui Bartholomæi, qua noster Helias in prophetas Baal, ^a noster Iehu in Idololatrias, ^b noster Quadus ^c in Manichæos, armata manu infremuit, & impietatem Bezanam totis Galliarum visceribus ferocientem compressit, & torrentis more omnes Francos & Christianos mores abripientem & deurbantem compescuit?

O Carole, Carole, dic õ,

Qualem te Superi custodem Dî genuerunt,
Tu produxisti nos intra luminis oras,

O Pater, õ Genitor, õ sanguen Dîs oriundum.

At verò de S. C. cum illa vestra cogito (cogito autem sæpè) & cum illa sub Nerone vestro habita, antiquis & sub Piis & Antoninis nostris, id est, sub Ludouicis & Franciscis & Henricis & aliis Catholicis Imperatoribus habitis, comparo; quo ore mihi dicendum, aut qua aure vobis audiendum esse putatis; Num eius recordamini quo Henrico secundo præsentem, Burgij, Portæi, & cæteri Senatores Calvinistarum propugnatores, in vincula sunt coniecti? Num eius reminiscimini, de quo tantopere infremuistis,

D 3

muistis,

^a 3. Re. 18.
^b 4. Re. 10.
^c Zonar. in Iustino Traca.

Ennius.
O Romule
Romule.

muitis, & quo licebat oppidatim pulsas campanas, & armata manu Calvinistas Donatistarum more furentes inuadere, urgere, & veluti immanes lupos prosternere, & prostratos impune trucidare? Num meministis illius, quò Ludouicus Borbonius Condæus, nostrorum Pergamorum Paris alter, quo Gasparus Colignius, sax altera Francorum, tribus peremptoriis edictis citati, & crimine læsæ maiestatis conuicti, fuscis damnati, non nisi absentia præsentem pœnâ euadere potuerunt? An illorum obliuiscimini quibus Mógomerius, Pilæus, Cauagnius, Briquemaldus, putrida Hæretici stabuli purgamēta, magna omnium Francorum exultatione damnata, & patibulis affixa, iucunda spectacula non modo omnibus Catholicis, sed & ipsi Soli egre sua cubilia præ voluptate repetenti, exhibuerunt? Quid celebrem nobilissimos illos præfides Lisetos, Sanct-Andræanos & Minardos, antecessores nostros? quid Brulardos & Burdinos regios procuratores verè Fracos, quibus aded exosa erant Hæreticorum scelera, vt has pestes nō societate fulciendas, vt vos fecistis, sed flamma & ferro abolendas, & excindendas esse censerent? Sed quid de vobis dicam mirificis Catholicis, qui tam turpiter à nostris partibus ad Hæreticorum partes transiistis; Quid noui in hac Religionis controuersia accidit, vt quā causam superioribus annis fouebatis, hanc hodierna die respuatis, & quos non modo familiaribus colloquiis, sed etiā vestris iudiciis flamma & ferro excindendos esse dicebatis, nunc cōciliandos, & sociandos, & cōtra Catholicæ Ecclesiæ præceptionē, & in omnium Catholicorum necem agnoscendos,

& ad

& ad Regni culmen euehendos esse censeatis? Certè nō leuis iniuria Senatui amplissimo & tam piolorū præsidū memoriis à vobis illata est. Quæ cum loquor, de præfide quodam nō loquor, quem tu probè nosti, quòd is cūm de Hæreticorum pœnis quæretur, quæstionis esse dixit, & ambiguit iuris, an ultrore gladio coercerentur. Sed non tuit Illustrissimus Cardinalis Lotharingius, qui statim subiunxit, nunquam fuisse quæstionis apud bonos & probos viros. De Ægidio Magistro loquor senatus nostri sapientiissimo principe, & omnium togatorum nobilissimo, & Christianissimo Heroë. Num recordamini venerandi illius doctique & cordatissimi senis, quo viuentē, nec minas, nec exilia, nec mortem pro Religione pertimescente, Borbonius Nauarrus ille vestri pulli putatius pater, & Hæreticorum Coryphæus, totis artibus contremiscebat, & quantum esset ad omnē audaciā promptus, tanti tamen, & tam Catholici præfidis, licet Hæreticorum factionibus Curia interdicti, rigida & imperterrita maiestate continebatur? Et sanè, si vir tantus, & aded in Fracia virtutis & integritatis ornamenti stupendus, Blésensī lanienæ superfuisset, si augustissimi Senatus adhuc habenas tenuisset, non Catholica Religio, non Senatus ipse, non ipsa vrbs caput Imperij, non denique totū Imperium corruisset. Sed Hospitalis Cancellarij nequitia, omnibus iudicum tribunalibus Caluini fœditate conspurcatis, Themidis ædibus profana purpura dehonestatis, sacris puluinaribus aulica adulatione macularis, corruptis & corrumpentibus Politicis his ordinibus inductis, vidimus, ah! vidimus, quod sine lachrymis,

D 4

fine

*a Tert. in
Apolog.*

sine suspiriis, vix videri posse arbitramur. Dicam e-
quidem ingenuè, dicam liberaliter, & cum Ter-
tulliano magna voce exclamabo, *plus toga læsere
Rempublicam, quàm lorica.* Pallas Marte ipso nocen-
tior, in Pergama nostra exarsit, & quæ literarū mo-
numentis proderet debuit ad virtutē, ad euertendam
Ecclesiam, ad Remp. labefactandam, ad Tyranni-
dem stabilendā dedicauit. Quæ cum dico de Turo-
nensibus & Catalaunensibus, aliisque similibus di-
co, non de nostris Senatoribus tam dira & tam a-
trociosa pro Religione perpessis, & tamen calumnia
penè oppressis. Sed tumultuantium quorundam
mores, & detestanda facinora satis est totis visce-
ribus improbasse, quibus viuis mentem melio-
rem, animum mitiorem & pacatiorem, manum
puriorem, & à cædibus & rapinis abstinentiorem,
exopto, quemadmodum nostris præsidibus, & Se-
natoribus, ablinquē & miserè confectis, requiem
exposco, & has Virgilij violas pro inferiis per-
soluo;

Viuite felices, quibus est fortuna peracta

Iam sua, nos alia ex aliis in fata vocamur.

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,

Nulla dies vnquam memori vos eximet aeo.

Sed ad vos venio, ad vos, inquam, Francos Turo-
nenses & Catalaunenses Catholicos videlicet, atq;
ita vos conuenio: Si regum Francorum tot armis &
placitis, si Patrum & Senatorum tot Senatufcon-
sultis, si maiorum vestrorum tot rebus iudicatis, imò
si vestris iudiciis, si eruditorum hominum tot mo-
numentis acta, subacta, obruta & iactata est Hæ-
reticorum damnanda perfidia, qua tandem
audacia

audacia vos, qui cum Hæreticis Francis conueni-
stis, Fræcorum Iunonios pueros vos appellatis, qua
temeritate quasi verè Francos, vos candido lapillo
signandos existimatis, cum à Francorum moribus,
& verè Francis virtutibus ad eò recedatis? Est ne
hominis Franci hæresim prostratam erigere, fuga-
tam colligere, vulneratam medicari, destitutam tue-
ri, & vi, viribusque niti, vt in altissimo Francorum
regum folio, tanquam in summo vertice totius hu-
manæ dignitatis collocetur? Quod Francorum
nouum genus, quæ inaudita soboles, quod incogni-
tum germen, pro Bezana aut Vefania demètia con-
fœderari, pro Caluiniana technologia digladiari,
pro Nauarri perfidi nebulonis ambitione tam ar-
denter præliati, terram tumultibus, impetibus, ar-
mis, deprædationibus, & cædibus repleri, vt omniū
bipedum nequissimus apostata, ad omnium bono-
rum excidium, ad patriæ stragem, ad Ecclesiæ Ca-
tholicæ cõflagrationem natus, educatus, instructus,
Francorum ordinibus præponatur, fortunis, existi-
mationi, vitæque nostræ præficiatur, & impurus
Hæreticus, Christianissimus Francorum Rex ap-
pelleretur? Quid aliud est quam Fidem Catholicam
euertere, maiorum Religionem damnare, priscos
mores condemnare, Deum irridere, Regni splen-
dorem obscurare, & ruderibus, ruinisque deturba-
tarum virtutum cumulare? Hoc qui agunt, si Fran-
cos agunt, certè quid sit agere Francū penitè igno-
ramus. Veteres omnes Francos damnamus, auos
proauos atauosque nostros & vestros, falsos & spu-
rios Francos nuncupamus, ipsam Franciam in ipsa
Francia conquirimus, in domo sua extraneam iudi-
camus,

camus, Annales nostros respuimus, antecessorum memorias refutamus, Regum Christianorum propensos in Ecclesiam animos, facta, dicta, edicta que, & placita criminamur, scripta Francorum abominamur, patrum Senatusconsulta detestamur. Hæreticorum damnationes execramur. At non ita de maioribus nostris verè Francis, sed de vobis miseris, auersis, euerfis, & verè peruersis Francis, iudicandum est.

Videamus nunc an quomodo vos Antifranco comprobauimus, etiam Anticatholicos demōstremus. Ac primùm, nihil æquè prohibitum, nihil magis cautum, etiam Aquilliana stipulatione interposita, quàm viros Catholicos viris Hæreticis cōiungi, & eorum fœtoribus permisceri. Hoc primis, secundisque ceris veteris & noui testamētū scriptum est, hoc aorum Apostolorum rescriptis, hoc Martyrum legatis & Fideicommissis pro conditione appositum, hoc Pontificum decretis intextum, hoc omnibus Synodis ratum, hoc patrum monumentis cōfirmatum, hoc Historiarum serie comprobatur. Sic à Caino ^a Abel, sic Loth ^b à Sodomis, ^c sic Isaac ab Ismaële, sic Iacob ^d ab Esau, sic Israël ^e ab Ægyptiis, Deo præeunte, ^f Mose imperante, Pharaone pereunte, smagno mysterio segregantur. Vbi ad deferta ventum est, vbi de fundi melle & lacte fluentis donatione actum, ^h primum illud in contractu, De vitandis Cananæis, Iebusæis, Amorrhæis, & huiusmodi Hæreticorum antecessoribus apponitur. De Amalechitis perpetuo bello laceffendis, ⁱ nunquam sociandis, nec matrimoniis, nec mercimoniis, nec pace conciliandis, ^k sub ingenti pœna præcipitur.

^a Gen. ca. 4.
^b Gen. 19.
^c Gen. 27.
^d Exod. 13.
^e Exod. 14.
^f Eod. lib. & capite.
^g Num. 13.
^h Exo. 34.

ⁱ Exod. 16.

^k Regu. 1. cap. 15.

præcipitur. Quin, iubentur impiorū vrbes destrui, ^a ^a Iosue 6. & Deu. 13. omnino subruī, funditus conflagrari, lapidūque aggeribus, ac notam vltionis Dei, signari. Quid de falsis Prophetis? lapidari, miserè necari, & potenti exterminio deleri. ^b *O Domine*, dicebat Hester, ^c *tu scis quod detestemur incubilia circuncisorum, & omnis alienigenæ, & non comederimus in mensa Aman.* Iam veid, si nouæ Christi tabulæ aperiantur, quid in his vestro confortio simile, sed quid vestro iudicio ineluctabile reperietis? *Hæreticos seductores, impostores, vobis ne sociaueritis, ne salutaueritis, néve agnoueritis.* ^d *Nil Deus cum Sathana, nil Christus cum Belial, nil fidelis cum infideli.* ^e *Nemo potest bibere Calicem Christi & Calicem Demoniorum.* ^f *Qui non est pro me, contra me est. Qui mecum nõ colligit, dispergit,* ^g *Quid Patrum canones quid Synodorum: Cum Hæreticis preces* ^h *ne fundito, conuiuia ne habeto, connubia* ^k *ne celebrato, eulogiis* ^l *ne accipito.* Spectate omnes mundi partes quotquot sunt, & vasti orbis, varios populos, varias prouincias, & in prouinciis, varias Synodos cogitate. Reperietis Laodicenses in Asia, ^m Carthaginenses in Africa, ⁿ Illerdenses ^o in Europa, & in Francia nostra Auriacenses ^p & Arelatenſes ^q tam nefandas Hæreticorū societates semper prohibuisse. Lubæne sanctorum Pontificum & Martyrum nunquam refutanda testimonia scrutari? *Nolite fratres* (inquit Hyginus ^r primo canon. 2. ^q Arel. 2. can. 9. ^r Hyg. ep. ad Athenienses. ^s Fabian. epist. ad episcopos Orient.

^a Iosue 6. & Deu. 13.

^b Deut. 13. ^c Hester. 14.

^d Iosue 2. ^e Iosue 2. ^f Iosue 2.

^g Iosue 2. ^h Iosue 2. ⁱ Iosue 2.

^j Iosue 2. ^k Iosue 2. ^l Iosue 2.

^m Iosue 2. ⁿ Iosue 2. ^o Iosue 2.

^p Iosue 2. ^q Iosue 2. ^r Iosue 2.

^s Iosue 2. ^t Iosue 2. ^u Iosue 2.

^v Iosue 2. ^w Iosue 2. ^x Iosue 2.

^y Iosue 2. ^z Iosue 2. ^{aa} Iosue 2.

^{ab} Iosue 2. ^{ac} Iosue 2. ^{ad} Iosue 2.

^{ae} Iosue 2. ^{af} Iosue 2. ^{ag} Iosue 2.

^{ah} Iosue 2. ^{ai} Iosue 2. ^{aj} Iosue 2.

^{ak} Iosue 2. ^{al} Iosue 2. ^{am} Iosue 2.

^{an} Iosue 2. ^{ao} Iosue 2. ^{ap} Iosue 2.

^{aq} Iosue 2. ^{ar} Iosue 2. ^{as} Iosue 2.

^{at} Iosue 2. ^{au} Iosue 2. ^{av} Iosue 2.

^{aw} Iosue 2. ^{ax} Iosue 2. ^{ay} Iosue 2.

^{az} Iosue 2. ^{ba} Iosue 2. ^{bb} Iosue 2.

^{bc} Iosue 2. ^{bd} Iosue 2. ^{be} Iosue 2.

^{bf} Iosue 2. ^{bg} Iosue 2. ^{bh} Iosue 2.

^{bi} Iosue 2. ^{bj} Iosue 2. ^{bk} Iosue 2.

^{bl} Iosue 2. ^{bm} Iosue 2. ^{bn} Iosue 2.

hereticis amicissimus vestris exofos; at Deo charissimos, & iam cœlorum sedibus nobili martyrio coronatos, & receptos. At verò, si patrum testimonia citauerimus, quibus pugionibus, & quot quantisque ictibus, vestram cum hereticis societatem conficiemus? *Memores simus* (dicebat Tertullianus) *nam dominicarum pronuntiationum, quàm Apostolicarum litterarum, quæ nobis futuras hæreses pronuntiauerunt, & cauendus præsinuerunt. Quid inter Græcos Cyrillus Hierosolymitanus? Amicitia cum serpente, inimicitias gignit cum Deo. Quid Basilius Magnus, Si hereticos deprehenderunt, quomodo societatem eorum nõ auersantur? Quid Cyprianus? Procul ab huiusmodi hominum contagione discedite. Quid Lucifer Calaritanus? Quomodo poterimus nos cum simus serui Dei, vos autem serui Diaboli, in vnum conuenire, quando sic inter nos & vos separatum esse voluit Deus, quomodo inter lumen & tenebras, inter vitam & mortem, inter dulce & amarum, quomodo inter sanctos Angelos Dei, qui sunt semper eius clementiam magnificant, & inter illos Apostatas, quos in aeternum visurus eris torqueri, nisi temet eripueris ab eis? Sic enim Constantium Imperatorem non adulatoriè, vt vos, sed Christianè & intrepidè, vt Catholicum decet, alloquebatur. Profectò eleganter Hilarius ^c vbi de Auxentio Hæretico verba facit: Nunquam mihi (inquit) Auxentius alius erit quàm Diabolus, quia Arrianus est. Sic Hieronymus ^d cum de suæ Fidei professione & ab Hæreticis longa discessione verba facit: Ego (inquit) nullum primum, nisi Christum sequens, Ecclesie Dei, id est, Cathedrae Sancti Petri consocior, in hac adificatam Ecclesiam scio: quisquis intra hanc domum agnum non comedit, mihi profanus est. Videte*

^a Cyr. Cath. 16.

^b Bas. epist. 83. & 47.

^c Lucifer Calar. de non conu. cum hæ.

^e Hilari. contra Arrianos. ^d Hieron. epist. 57.

quæso, quid de vobis sentiat, & in quam partem vos reponat, magnus ille presbyter Stridonensis, ille inquam presbyter, omnium Christianorum doctissimus, & doctorum eloquentissimus. & eloquentium religiosissimus. Quod si lubeat historiarum segetes excindere, & excisas colligere, & collectas nostris plaustis imponere, quis finis erit scribendi, quis narrandi, quis demonstrandi? *Impio præbes auxilium?* (dicebat Iehu regi Iosaphat ^a) & *his qui oderunt Dominum amicitia iuugis? idcirco iram Dei mereberis.* Quid Amasias? ^b quid Asa? Quantum istis infidelissimis coniunctionibus iram Dei prouocarunt, ^c quos igneos carbones accenderunt, & suis capitibus infuderunt? Nota est illa discessio Ioannis à Cherintho, ^d Polycarpi à Marcione, ^e Alexandri Alexandrinorum Episcopi ab Arrio, ^f Magni Antonij anachoretæ ab Arrianis. ^g Quid memorem de pueris Samosatensibus, qui pilam palmarum Arriani equo contactam, vt rem exofam flammis expiarunt? ^h Nimirum vobis senibus, & in dignitate constitutis, Christianorum pueri pro exemplo sunt, quibus quasi præceptoibus senes, & quasi noui catechumeni, & in Fide Christiana rudes, potestis faciliè doceri, & informari. Nunc igitur dicite, Cur tot exemplis confixi, tot autoritatibus perculsi, tot Synodis conuicti, imò sacræ scripturæ gladio ad iecur vsque transacti, audetis Augustum Catholicorum nomen assumere, & tanto & tam generoso titulo superbire? Num tenetis illud elegans Cypriani ⁱ dictum, *Christi nomen assumere, & cum Christo per eandem viam non pergere, quid aliud est quàm prauaricatio diuini Nominis, & desertio itineris salutaris?*

^a 2. Par. 19.

^b 2. Par. 25.

^c 2. Par. 16

^d Euf. lib.

3. cap. 22.

^e idem eodem.

^f Theodo.

lib. 1. ca. 4.

^g Athan. in

vita An-

tonij.

^h Theod.

lib. 4. c. 14.

ⁱ Cypri. de

Zelo.

^a Libr. de tribus Fi-
dei capti-
bus, ad A-
dodarū.

^b 1. Mach.
1.

^c Canon.
Schismat.
24. qu. 1.

^d Passian⁹
epistol. ad
Sympro-
nianū vel
Sympho-
zianum.

salutaris? Num ex Fulberto Carnotensi ^a didicistis quid sit nomen Christi damnabiliter portare? At nomen Catholicum, nomen sanctum est, vas sacrum, arca fœderis, & tabernaculum Dei. Quid cum Antiocho, ^b quid cum paganis, quid cum pollutis hominibus hoc sacrum vasculum contingitis? quid attrectatis? quid deturpatis? Vetus est veterum Catholicorum vox, vestris auribus nondum forsan audita, sed ab Augustino diligentius notata. ^c *Omnis Catholicus eam partem detestatur, cui Ecclesia non communicat. Non habemus partem cum his qui faciunt partem.* Et certè ea fuit antiquis Christianis Religio, ea omnium erga imperantem Ecclesiam obsequantia, vt nihil ac ne nomen quidem cum hæreticis vellent habere commune. Sic cum se Christianos hæretici appellarent, nollentque Christiani in ea communione manere, Catholicum inuenire nomen, diuinum certè, & Apostolicum, quo Ecclesia Catholica ab hæresi, pietas ab impietate, Fides ab infidelitate distingueretur. Nam sic Passianus, ^d *Cum post Apostolos hæreses extitissent, diuersisque nominibus columbam Dei atque Reginam lacerare per partes & scindere niterentur, nonne cognomen suum plebs Apostolica postulabat, quod incorrupti populi distingueret unitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? Nonne appellatione propria decuit caput principale signari?* Nec solum in eo nomine Christiano Catholici ab Hæreticis partem fecerunt, sed cum suo, id est, prædonum more, in Christianas possessiones adhuc grassarentur, & Catholicum nomen inuaderent, voluere, ne quid haberent cum illis & fœderis & commixtionis, Orthodoxorum

doxorum ^a nomine nuncupari. Vos igitur appello, ^a Libr. de
ô Fidei Catholicæ & Francicæ gemini ocelluli, an
epistol. &
huiusmodi societates, huiusmodi clientelas, huius-
clericis.
modi causas recipitis? Lubet enim Vatiniani ^b pa-
Epistol.
gani ex postulationibus vos affari: *Homines crudelissi-
Cic. 5. ep.
mos, qui tot ingenuos, tot matres familias, tot ciues Roma-
nos occiderunt, arripuerunt, disperdiderunt, tot nationes
67.*
vastauerunt, ita defenditis? Sed quid defenditis in-
quam? Cum eorum impietatibus auxilia præbeatis?
At meminisse debuistis, Valentinianum ^c patrem, ^c Theodo.
& Gratianum filium, Christianissimos Impera-
lib. 4. cap.
tores, nullis precibus, nullo sanguinis vinculo adi-
28.
gi potuisse, vt Valenti, quem Hæreticum & Arria-
num agnoscebant, suis copiis & facultatibus opi-
tularentur. *Quin*, cum Paphnutius ^d Maximum ^d Soz. lib.
Episcopum inter Hæreticos versantem, nec tamen ^{2. cap. 24.}
auxilium præbentem, sed tantum nimia simplici-
tate sedentem adspexisset: *Non patiar* (inquit) *vene-
rabilem Episcopum in Cathedra pestilentie sedere, &
cum impuris Hæreticis ne verbo quidem communicare.*
Et sanè ^e ab Ignatio laudantur Ephesij quod Hæ-
^e Ignat. e-
reticis quibuldam peregrinantibus transitum per
pist. 14.
ciuitatem denegassent. Tanta cura, tanta sollicitu-
dine, Hæreticorum societas à Christo damnata, ab
Apostolis verita, à Synodis prohibita, à Pontifici-
bus explosa, & à maioribus exosa vitabatur. Quod
ideo factitatum credimus, vt oues Ecclesiæ à Sa-
thanae morbidis hircis segregatæ, nulla tanti sceleris
contagione læderentur. Nam qui Hæresim no-
uit, morbum nouit. Sed quem morbum? acutum,
malignum, fœtentem, pestilentem, nec ipsa quidem
corpora, sed animas pretiosissimas nostri partes
inuadentem,

inuadentem, & imaginem Dei, magna fœditate labefactantem. Tantus est læuentis & insanientis morbi furor, vt non solùm tactu, more scorpionum, sed visu more basiliscorum, & afflatu instar Leonum, & vrforum, perimat & conficiat. Draco de longinquo solo spiritu alites absorbet: Nullum certius huic morbo remedium quam fuga. In fuga salus, in auersione solatium, in execratione refugium. Nec est quod de Clemente vestri Turonenses Ludij gesticulentur, nec quod de Optato qui fratres Donatistas appellat, suos mimos agant. Nam Episcopi Catholici, **QVONDA M** fratres ex præterita fraternitate appellabant, vt apparet ex tertia Collocatione Carthaginensi: cupiebântque, vt Optatus, dulcissimo nomine Donatistas licet furentes & fratris nomen refutantes, in amplexus Ecclesiæ reuocare. Sed frustra. Deinde fratris appellatione an Christianam communicationem venire vos pseudochristiani Genebenses existimabitis? O malè in Christianis rebus instructi; & in Clementis canone, non modò turpiter hallucinati, sed & mala fide versati! Nam cur totum canonem non edidistis? Cur lacerum, cur truncatum, & distractum exhibuistis? *falso magistro*, inquit, *quæ opes habet præbete, sed eius errorem nolite recipere, & cum illo orare, ne eius contagione contaminemini.* Sed ad vos reuertor; & ita vos compello; Si prisca pietas aded exosos Hæreticos habuit, quid vos Hæreticæ contagionis vicinitate delectamini? quid in hac fœditate volutaminini? quid oblectamini? Num instans periculum prospicitis, num præsentem mortem formidatis? Catholicos hæreticis sociari! idque in Francia,

id

id est in Christi Regia, in augustissimo Fidei thalamo, in Catholicæ Religionis vero & patrio solo! O Deus optime & patientissime, quod monstrum, quod portentum est? Vbi est D. Ludouicus familiaris Bourboniorum columen, qui inter nouissima verba omnes hæreticos & schismaticos excidit? Philippo filio imperauit? ^a Vbi Ludouicus Borbonius eius pronepos, qui tanta alacritate pro fide Catholica in Africa pugnavit? Qui se Hispano Regi Francorum Rege prohibente contra ^c Sarracenos sociauit, qui hæreticorum castella solo adæquauit, qui eorum oculos quasi fascino horruit & expauit? At, ad in porticibus Philosophorum & Academiæ spatiis didicimus facillè cohærere quæ ex partibus similibus conflata sunt. Sanè illa vestra cum Hæreticis ferruminatio nobis aperuit, quid cômune cum illis in Religione haberetis, quid & quantum Numini tribueretis, & quàm in augendis facultatibus, aut nouis dignitatibus aucupandis, aut veteribus retinèdis sudaretis, & quàm parum de Ecclesiæ salute, de regni splendore, de regia dignitate curaretis. Nos qui Christi militiæ nomen dedimus, qui Ecclesiæ fidem ligiam iurauimus, qui Franciam non illam vestram Hæreticam & Politicam, sed Catholicam, quasi dulcissimam matrem coluimus, nullo modo ac ne quidem terra tremente, cælo cadente, fulminibus caput quatiente, membra fragminibus disrumpente, Nauarro & Hæreticis sociari desideramus.

*Iam ferus AETnaos Cycloporum Iuppiter ignes.
Increpet, & vasto quatiat vibrâtque fragore
Densa per attonitas rutilantia fulmina nubes.*

E

TARSEN

^a Ionuil.
Iæus c. 93.
^b Eroffardus li. 4. c.
18. 19. 20.
^c Historia
manus
scripta
Lud. Bor-
bonij.

Tamen inter orbis ruinas, inter cæli disruptas partes, intrepidus, fixus, imperterritus, occumbere est animus, & fame, peste, frangi, rumpi, & debilitari, antequam vestra ministellorum arida idola recognoscamus, & Nauarro fœtido Saranæ stercorei cõiungamur. Habeat sibi res suas, & nugigerulus suos fumos vobis nugatoribus venditet: nos eius conditionib⁹ vti nec fas est, nec vacat. Multa passi sumus, fatemur, nec mitiora patimur, & forsitan asperiora expectamus: Sed discurrat quantũ volet per omnes nostri corporis partes nostri centurionis vitis, nos incurset, feriat, trãgat, mordeat, vlceret, & lanciner, & de peccãtibus terens, iustus Dominus legitimum poscat supplicium. Nos de huiusmodi cicatricibus formosiores, de ista depreessione animosiores reddimur, nec curamus carnem esurire, dum spiritus pinguet, & Religio Christiana per nostras plagas sanetur, per nostram famem abundè saginetur. Sit Idololatria Turonensis benè instructa & locuples censu criminis sui. Apud eam, Agape ferueat in cacabis, Fides caleat in culinis, spes iaceat in ferculis: Sapiant Catalaunenses Cacholici Esau venatorem ferarum, & lenticula hæretica cœli porcionem vèditent. Sit eorum schola magis Epicureis affinis quàm prophetis. Nos eorum diuitiis non inhiamus, eorum dulcedini non inuidemus. Macies nostra nobis non displicet. Nec enim Deus ad pondus carnẽ tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram. Si caro macilenta est, facilius per angustam salutis portam intrabit caro exilior; citius resuscitabit caro leuior, diutius in Sepulchro durabit caro aridior. Veniet dies & non tardabit, qua restituemur in integrum de

^a Tertul.
contra
Psychi-
cos.

de corrupto, in solidum de casto, in plenum de inano, in aliquid de nihilo. Si vrimum persequutionũ ardore, probamur de Fidei tenore. Agere & pati fortia, Christianum est. *O ciuitas pradatrix, nõnne & ipsa pradaberis?* Sed de hæreticorum consortio sit satis. Nunc de vestra, id est, schismaticorum societate quid dicemus? An vobiscum mercimonia tractabimus? Minimè sanè, si vel tantillum fidei Cypriani verbis adhibeamus. *Quid ergo ille?* ^a *Tanta indignatio Domini extitit aduersus illos qui schisma fecerant, vt etiam cùm homo Dei ad Hieroboamum missus esset, qui ei sua peccata exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere & aquam bibere vetaretur. Quod cum nõ custodisset, & contra præcepta Dei prædisisset, statim diuina censura maiestate percussus est, vt inde regrediens, impetu ac morsu leonis, in itinere necaretur.* Videte an ex Cypriani testimonio melior sit Hæreticorum societas, quàm schismaticorũ, id est, vestrũ omnium consortium. Certè vtrãque carèdum, vtrãque tanquam à malis cibus abstinendum est. Vos igitur pessimi, qui hæreticorum cœtibus & potaculis, & voratrinis mergimini; at nos verè Christiani, qui ab eorum contagione & contactu abstinemus.

^a Cypri. ep.
76.

Sed scio quid grunniatis; Regni miseram sortem querimini, incendia, ruinas, naufragia clamitatis; omnium ordinum clades recensetis, & tandem sola pace, & agnito in Regem Nauarro; posse tot damna refarciri. Elegans sanè emplastrum, &, vt putatis, ipsius Apollinis aut Esculapij manu confectum. At istud cùm dicitis, tum hæc Ciceronis ^b verba in memoriam reducit, Ma-

^b Cic. F. e.
9. ep. 157.

luerunt ad bestiarum auxilium confugere, quàm vel mori, vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen, viuere. Certè nos, non minus quàm vos patriæ calamitatibus angimur, & tangimur, & ringimur, & frangimur, & vehementer commouemur, & tot tantisque vulneribus remedia adhiberi totis animis exoptamus. Vos vestra bona à furunculis nostris suppilata lugeris; At nos laceram Ecclesiam & deprædatam ploramus, & magnis singultibus, à suo gradu ad tam vile seruitium deiectâ indignamur. Huius criminis vos reos facimus, libellum offerimus, subscribimus; & ante horrendam Christi tribunal vestra cum Nauarro societate labentes Hæreticos exci-atos & erectos conquerimur, & iudicium postulamus. Et sanè, si post Blesense nefas, (quò Franciscus orbis alterum Neronem expertus est, & quo me dextera Domini magno miraculo Tyrâni faucibus eripuit) omnibus Regni ordinibus violatis, societatem iniuissetis, aut si Henrico, quasi altero Iuliano diuinitus cæso, vnâ nobiscum in Catholica Fide defendenda conuenissetis, si Nauarro fidem opem-ve denegassetis; iam dudù Bezanæ vulpeculæ tectis itineribus, aut Gebennenses foueas, aut Rupellanas specus, aut Arduennos Sedanorum saltus repetiuis- sent, nec in Franciæ nobilissimis aruis commora- rentur. Iam verò quid istud est quòd de Pace ingeritis, si Nauarro agnito, ei quasi legitimo principi obsequamur? Miros certè iniquæ pacis artifices & proxenetas! At non ita Deum colimus, nõ ita dex- tras iunximus, non ita pro Catholica Fide conser- uanda sudauimus, vt pacem cum vobis vestro- què Nauarro habeamus. Quòd si vi armata stimu-

lante,

lante, obediẽte premente, fame Saguntina vr- gente; periculo suadente, has pacis conditiones renui- mus; adeone nos fatuos, insulos, & ignauos putatis, vt in meliori fortuna constituti, Ecclesiam proda- mus, Rempub. perdamus, & nos Hæreticorum sar- casinis & Ichismaticorum mimis irritando propi- nemus? Non animis vsque aded, non viribus, non robore defecimus.

*Si nullam nostris vltra spem ponis in armis,
Si tam deserti sumus, & semel agmine victo
Funditus excidimus, nec habet fortuna regressum.
Oremus pacem, dextras tendamus inermes.
Quamquam, ò si solita quidquam virtutis adesset,
Ille mihi ante alios fortunatusq; laborum,
Egregiusque animis, qui ne quid tale videret
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.*

Virg. it.

Pacem conclamatis? & vbi pax? *Quid salutatis*, (in- quit Optatus ^a) de quo nil habetis? quid nominatis quod iam dudum vestris defectionibus exterminastis? Remini- scimini illius Iehu ^b ad Ocholim in Fide fornican- tem: Pax? & vbi pax? cum adhuc vigeant fornicationes & veneficia matris tuæ? Quid pacem postulatis, cum ad- huc Nauarrus in hæresi iaceat, cum Genevæ matris fornicationes & veneficia adhuc exerceat, cum Ec- clesiam lachrymantem ridens conspiciat, despi- ciat, & singulari immanitate conficiat? Nihil gran- de est (ait Hieronymus) ^c pacem voce præterdere & opere destruere; aliud nitì, aliud demonstrare, verbis so- nare concordiam, re exigere seruitutem. Volumus & nos pacem, & non solùm volumus, sed & rogamus: Sed

^a Opt. lib. 3.
^b 4. Reg. ca 9.

^c Hier. ad Ioannem Idem. ep. 61.

quam pacem: pacem Christi, pacem veram, pacem sine inimicitiiis, pacem in qua non sit bellum inuolutum. Pacem que nõ vt aduersarios subiiciat, sed vt amicos iungat. Quid dominationem pacem vocamus, & non reddimus vnicuique vocabulum suum? Vbi odium est, appellètur inimicitia; vbi charitas, ibi tantummodo Pax vocetur. Nos nec Ecclesiam scindimus, neque à Patrum communionem diuidimus, sed ab ipsis, vt ita dicam, incunabulis, sumus Catholico lacte nutriti. Nemo namque magis Ecclesiasticus est, quam qui nunquam Hereticus fuit. Sed ignoramus absque Charitate pacem, & sine pace communionem. Liceat nobis de pace cum vobis & Hæreticis ineunda, idem scribere quod licuit M. Ciceroni de pace tractanda cum M. Antonio, ^a Ego ille, qui pacis semper author fui, cuique pax presertim ciuilib, quanquam omnibus bonis, tamen in primis fuit optabilis: Ego inquam, semper pacis laudator, semper author, pacem cum M. Antonio esse nolo. Cur igitur nolo? quia turpis est, quia periculosa est, & quia fieri non potest. Et quæso, quid turpius quam Ecclesiam Catholicam castissimam & speciosissimam virginem, turpi, impuræ, corruptæ, & corruptenti lænæ subiicere? Quid periculosius, quam teneros Christi pullos, sub matris Ecclesiæ aliculis frutientes, vulturi semper hianti, & rapienti, mancipare? Quid impossibile magis, quam Christum dilectissimum Dei filium, Patris æternam sapientiam, verbum carnis amictu contactum, Sathanæ turpi, & insipido, & immundo spiritui sociare? Quod scelus, vt qui Christi sanguine Orbis ager emptus est, qui Apostolorum seminibus aspersus, qui Martyrum cruore quasi fœcundo imbri rigatus, qui Confessorum probitate excultus, qui vir-

^a Phillip-
pi c. 9.

ginum castitate, quasi flosculorum cumulis ornatus, optimi coloni manibus auellatur, turpissimo possessori, & perditio, & perdituro, & luxurioso, mancipetur? Itane Ecclesiam Reginam Mundi solio suo distici; itane optimam matrem familiâs, suis ædibus excludi; itane castissimis thalamis priuari, vt adulteræ libidinibus subiiciatur, & fœtidum lupanar, speciosi sponsi cubilibus imponatur? Quæ perdendæ Fidei potior ratio, quam Hæreticum caput Christianis membris imponere, quò Christiana Imperia, tot fœtoribus aspersa, nil nisi Sathanam redoleant, & omnium virtutum honore priuentur? An nescitis, inferiora corpora superioribus subiici? Soli obedire sydera, Lunam sequi maria, & principum Imperiis tenues homunciones seruire, eorumque impulsibus, & impetibus, moueri, & agitari? Quid sibi vult ille draco ^a qui mediam stellarum partem caudæ potentibus spiris attraxit: Quid Hieroboamus ^b, qui Iudæos ferè omnes ad impietatem adduxit? Quid Achabus, ^c qui sua nequitia ad Idolorum culturam totum Israël pellexit? Num sub Constantino viguit Christianismus? Num sub Constantio Arrianismus? Num sub Iuliano Paganismus? Num sub Iouiniano iterum Christiana Religio quasi sol nouus terris illuxit, & piæ mætes insperata nouitate recreauit? Quis nostrum ignorat Hildebergæ, & in Palatino comitatu, modò Lutheri somnia, modò Bezæ deliria, alternatim & pro voluntate & autoritate imperatium Principum viguisse?

^a Apoca.

^{2.}

^b 3. Re. 12.

^c 3. Re. 16.

Sed incœptum iter peragamus. Licuit semper, vt dicitis, optimum principem à Deo petere, sed

qualem dederit oportere perpeti. Porro, Nauarrum successorio iure ad regiam hereditatem vocari, & quamuis impios, & Hæreticos principes, à regia dignitate excludamus, tamen à Iudæis Idololatrias, à Christianis paganos, imò Hæreticos perpeffos diutissimè septrā tenuisse. Egregie sanè & eleganter. At aliud est Hæreticum Regem suscipere, aliud susceptum, & ad hæresim prolapsum, tolerare. Primum, voluntatis est; secundum, necessitatis: Hoc facilius, illud difficilius exequitur. Multo fuit æquius Asparem regnum ambientem deicere, quòd esset Arrianus, quàm Basiliscum, & Anastasiū, & Heraclium, & Leonem Isaurum, & cæteras Græci imperij bestias, post susceptam Remp. in hæresim prolapsas, deiecisse. Nostis illud, Multa sunt quæ matrimonium contrahendum impediunt, quæ contractum non dissolunt. Quod verò perpetuos esse principes à Deo datos iugamini, certè de eo capite nulla nobis erit controuersia, si Nauarrum ostendatis à Deo datum, non verò contra Dei testantis voluntatem, contra lignum, contra veteris & noui testamenti tabulas, bonorū possessionem adeptum. Sed si tabulæ depromantur, si aperiantur, si perlegantur, videbitis quid in utroque testamento, non modò de eius præteritione, sed de exhæredatione nominatim caueatur. *Eliges Regem de*

^a Deu. 17. *fratribus tuis.* ^a Hoc primis tabulis scriptū, lectum, relectum, subsignatum, nihil delerum, nihil inductum. Nec de fratribus tantum natione, vt hisfrivester interpretatur, sed de fratribus Religione, quæ nominatim eodem capite præcipitur. Quid secundis?

cundis? *Si quis noluerit Ecclesia credere* (quod & fecit vester Nauarrus) *sit tibi tamquam Ethnicus & publicanus.* ^a *Quæ* re, quid magis expressum, quid magis dilucidum pronuciari potest? Num exhæredationis formulam agnoscitis, quam in sua bonorum dispensatione noster paterfamilias vsurpauit? Num voluntatem deprehenditis, quam clara & perspicua scriptura significauit? Quid ergo nobis hunc barbarum hircum, & pogonatum Iulianum obtruditis, non fratrem nostrum, sed incognitum, non testatoris filium, sed extraneum; & si filius sit, non testamento agnitus, non institutus, sed exhæredatus vt Hæreticum, & Christianæ hereditatis adeundæ omninò incapacem? Et tamen omne ius hereditarium, regnumque ipsum in eum transferri & transcribi delideratis? Non vocatur qui excluditur, non datur, qui amandatur. Nisi fortè ita datum à Deo arbitremini, quemadmodum se daturum reges in furore suo populis insipientibus aliquando comminatur. ^b Ipse est enim qui post Vespasianos regnare facit Domitianos, ^c post Hypocritas, Apostatas, post Constantios, Iulianos, post Henricos Valesios, Henricos Borbonios, eosque licet imperij pestes, tamen peccatis vrgentibus imperiis præfixit, & præponit. *Assur* (inquit) *virga furoris mei est, ad gentem fallacem mittam illum*, id est ad Turonenses & Catalaunenses falso Francos & pseudo catholicos) *& ipse arripiet prædam.* Quod breui magnis vestris vlulatibus facturum speramus. Sed quia pro diuerticulis Hæreticum non esse magno mendacio asseritis, & si hæreticus sit, non conuictum, non condemnatum pari impudentia obii-

^a Matthæi 18.
^b Osee 13.
^c Augu. 5. de ciuit. Dei. ca. 21.

E 5 citis:

citis: nos, cum toto orbe Christiano, & ex eius ore, fœdum Calvinistam, nec ideo Catholicum, imò hæreticum, inter impuros purissimum asserimus, Hæretico Catechismo Sathanæ subarratum, mox illi traditum & mancipatum, Ministellorum tutela maculatum, Hæretici dogmatis promulgatione conuictum, Templorum Catholicorum euerfione fœdatum, Christianarum ouium iugulatione contaminatū, & non modò verbis, sed & factis & scriptis Hæreticum confessum, ideòque Tridentina Synodo vniuersali, ab vniuersis totius orbis Episcopis pro Hæretico condemnatum, & rite & recte iudicatum credimus, & subscribim⁹, & subsignamus. Nec negabitis (vt de Marcione ait Tertullianus) *primam illi fidem nobiscum fuisse, ipsius literis testibus, vt hinc iam destinari possit Hæreticus, qui deserto quod prius fuerat, id postea sibi elegerit quod retro non erat.*

Tert. con-
tr. Marcio
nem.

Sed venio ad Regni successionem, ad quam proximitatis iure eum vocari contenditis. At nos istam proximitatem, præfertim Illustrissimo Cardinali Borbonio Rege nostro defuncto, hodierna die non explodimus, non denegamus. Sed molestè ferimus, vos qui tam regidi Catholici dicimini, ad eò Catholicæ Fidei oblitos, vt contra omnium legum rationem, contra ordinem iudiciorum, principi pio, Catholico, & benemerito, & patruo, tum viuenti, & proximiori, Nauarrum nepotem, gradu remotiorem, hæreticum, impium, perfidum, relapsum, omnium regni ordinum exturbatorem, præponeretis, & Christianissimo regno, vobisque tam Christianis videlicet, anathema caput imponeretis. Sed sit proximior, haud abnuimus, num indi-

gno,

gno, num incapaci, ius hæreditarium auferimus, quod aliis & dignis & capacibus tribuamus? Et quæ maior incapacitas esse potest quàm hæreticum esse, quàm relapsum, id est Dei contemptorem, iurifurandi violatorem, Catholicæ Fidei expugnatorem, regni profligatorem, & Superum hominumque irrisorem & contemptorem? Quæ maior indignitas, quàm tot furentibus armis legitimos nostros reges exercuisse, rebellibus se duces præbuisse, Ministellis præfuisse, vrbes inuasisse, euerfisse, templa incendisse, auxilia vndique acciuisse, miserimum Regnum in prædam dedisse, de patria triumphum egisse, patrum Reges vinculis retinuisse, & ad extremum, doloribus & angustiis conficisse? Et tamen hunc gloriosissimum Corocotam pro principe nobis obtruditis? Rem sanè præclaram, & vestra mente & existimatione dignam fecistis. At nos contrà, tam dirum caput reiciimus, explodimus, & recusamus, & cum D. Ludouico, nos, qui D. Ludouici fidem tenemus, meritò repellimus & abnegamus. *Maledixisti septis eius & capiti bellatorum eius venientibus vt turbo ad disperdendum me,* inquit Ecclesia. Nec nos mouet vestrum de Iudæis exemplum lachrymabile, quibus si vires fuissent, non cerè illa idololatrarum Regia monstra tot annorum circulis tolerassent. Sed miseri Prophetæ, omnesque pij, telluris cauis abditi, aut in cryptis Carmeli, & montium cacuminibus nidificantes, vel inter solitudines magna sollicitudine vagi, & principum effrenem potentiam formidantes, lacram, neglectam, & afflictam Religionem plangebant, impietatem tot hominibus, regum gratiam ambientibus,

4. Reg. 19

ambientibus, stabilitam gemebant, & totum Iudæum Orbem, ad fornicationes conuersum, magno mœrore lamentabantur. Quod hodie nobis contigit. Et tamen Lobnæ & Edon^a ciuitatum nobiliū defectiones, satis ostenderūt, quā dura, quā acerba, quā inuisa principū Idololatrarum effect dominatio; quāque pudebat, Roboamos, & Hieroboamos, & Iesabellas proiectas meretriculas, vt in Anglia, magna cult⁹ Dei iactura, magno naufragio omniū bonorum, tam piis capitibus dominari. Quæ cum de Iudæis dico, de Christianis dico, qui sub Neronibus, sub Domitianis, Deciis & Diocletianis, & aliis persecutionum turbinibus acti, rapti, ventilati & distracti, mutire aut hiscere non audebant. Tantūque abest, vt ad libertatem proclamare pro Religione auderent, vt carceribus additi, vincti, & perditī, quasi centenariæ victimæ, circa idolorum aras crudeliter mactarentur, & omnium tormentorum ictibus ferirentur. Quanquam, maior est longè ratio sustinendi paganos imperantes, quā hæreticos dominantes. Nam de hæreticis præceptum habemus, ^b de Paganis non habemus. Cum Hæreticis versari, mercari, prohibitum, cum paganis non prohibitum. *Nauigamus & nos vobiscum,* (ait Tertullianus ^c) *& militamus, & rusticamur, & mercamur.* At de Hæreticis, *A communione orationis, & conuentus, & omnis vitæ consortij relegantur. Vitæ* (inquit Cyprianus ^d) *& à vestro colloquio arcete. Hæretici, credendo non credunt,* ait Tertullianus. ^e *Paganis, non credendo credant.* Hæretici fidem Ecclesiæ dedere, Paganis non dedere. Hanc vt retineant, hæretici cogendi. ^f Hanc vt accipiant, quam non agnouere,

^a Regu. 4. cap. 8.

^b 2. Ioanis.

^c Tertu. in apolog.

^d Cyp. de vnit. Eccl.

^e Tert. de Carne Christi.

^f Cano. de Iudæis. 45. distinct.

agnouere, pagani non sunt compellendi. Sic enim idem Iuriconsultus in Scorpiaco. *Ad officium hæreticos compelli non illici dignum est. Coge intrare,* ait Augustinus de hæreticis. Quod & Gregorius Nazianzenus, & omnes Christiani vsque ad nostra tempora probauerunt. *Viuo ego, dicit Dominus, quia in manu forti & brachio extento, & in furore meo regnabo super vos, & subiiciam vos Sceptro meo, & inducam vos in vincula fœderis mei.* Atque hæc quidè de paganis, vsque ad pia Constantini secula, quibus maiestas Orbis se Christianam professa est. Nam, vt ait Prudentius.

*Tum primum senio docilis sua secula Roma
Erubuit, pudet exacti iam temporis, odit
Præteritos fœdis cum Relligionibus annos.*

At verò quòd Hæreticos à nobis perpeffos existimatis, planè non intelligo. Quin existimo, in hac perpeffione sitam esse veram inter veros & falsos Christianos, id est, inter vos & nos differentiam. Nec enim legi vnquam, nisi à vobis, qui falsi Catholici estis, Hæreticum principem à Catholicis fuisse & accitum & perpeffum, si modò resistendi locus superfuerit. Ac primum de Francis, summo Dei beneficio contigit, vt in tanta & tam gloriosa illustrium regum propagine, nullus fuerit à Christiana Religione alienus. Quanquam, ex Gregorio^a & Aymoyno^b badnotauerimus, vnum in suspicionem hæresis incidisse, cuius tamen pauca ac penè nulla iudicia extiterunt. At verò de exteris nationibus licet plures habeamus, quos inter hæreticos referamus, tamen in his expellendis, & minimè perpeffendis, nō Catholicis animus defuit, sed metus obfuit, aut facultas abfuit, quominus Hæretico iugo solueren

Tertul. in Scorp. Au gust. in Matth. Gregor. Naz. Epif. 77. Ezecc. 20.

^a Gregor. lib. 5. cap. 44.
^b Aym. li. 3. cap. 41.

solueretur. Putatisne hodie, & à Græcis & ab Hungaris, Mahometis compedes a quis animis sustineri? Habuit quidem Græcia sua monstra, & aluit, & in ea vixere Basilitici, Heraclij, Philippici, Leones, Copronymi, & alij purulenti Hæretici. Sed & habuit patriarchas Ioannes Monachos, ^a Paulos Cyprios, ^b & ArrabalDOS ^c orthodoxos, quibus quasi antagonistis, istorum principū impietas oppugnaretur & dominium detrectaretur. Non ignoramus in Germania fuisse Henricos, Federicos, & in Bohemia Georgios, & in Anglia Eduardos, & Iesabellas: At non defuere pij & validi Pontifices, qui excommunicationum præiudiciis, nec Catholici principes & subditi, qui armorum violentiis, nec docti viri, qui doctrina & scientiis, tam nefanda imperia refutarēt, *Cælum & maria testes sunt*, ait Tritemius de Henrico tertio, *que scribo esse ver. i. pro quibus nefandis malis ab Apostolica sede excommunicatus, nec regnum, nec potestatem aliquam super nos, qui Catholici sumus. poterit exercere. Quid Môtesfortium ducem memorem, qui Arragonum Regem suūque dominum, ^d tamen quod esset hæreticis sociatus, nulla salute, nullo titulo, scriptis literis dignabatur? ^e Quid dicam de Rhemundo Tholosano, à Vasconum nobilitate deserto, quòd hæreticam vilitatem magno sui generis dedecore sequeretur? ^f Seruiuit, fateor, Ioannes vrbis Episcopus Theodorico Gothorum Regi, & Arriano, eiuſque nomine amplissima legatione functus: ^g Sed Theodorico seruiuit Petrum & Paulum Apostolos reuerenti, ^h donariis Ecclesiam ornati, ⁱ Episcopos honorati, ^k vestrum Nauarrum moribus & ingenuitate superanti, & ad extremum arma tenenti,*

^a Zon. in Imperio Leonis I. faul.
^b Zon. in Imperio Treues.
^c Zon. in Copronymo.

^d Hist. Alb. c. 77.
^e Hist. Alb. c. 118.
^f Hist. Alb. 40.
^g Paul. Diac. lib. 7. Am. lib. 2. cap. 1.
^h Cass. variar. ij. ad Ioannem Pap.
ⁱ Ioann. Mag. Hist. Goth. lib. 9. cap. 24.
^k Cass. lib. 2. vac. vii. uel. epi. scopis.

menti, & quantum hæretica improbitas pati potuit, iuste imperati. Nam, vt ait quidam, quis maiore expectatione suscepit imperium, quis minore deposuit? Sed rogo vos, quodnā sui obsequij & legationis pretium habuit? Quod ab hæretico homine, id est, ingratisimo debuit expectari, & quod aliquando vos Hæreticorum fautores, & mancipia tandem recipietis. Nam cum tanti pontificis coacta legatione, quod postulabat obtinere non potuisset, tandem carceribus micipatus, cum Catholicis principibus Boëtio & Symmacho, non gladio, sed fame, squalore & pedore, miserè vitam finiuit. ^a At grati fuere Athalarico Bonifacius ^b & Ioannes ^c secundus, hoc etiam concedimus. Nam quis neget virtutum magnos esse aculeos, quibus etiam sceleratorum & impiorum pectora quatumuis ad nequitiam obfirmata vulnerentur? Fatemur Pelagium ^d Pontificem summum Totilæ Hæretici pedibus procubuisse, & pro suo grege Catholico & Romano supplicasse, collum Tyrannidi submisisse. Sed quando id? cum cruentus victor armatis exercitibus stipatus urbem subegisset, orbem terruisset, ciues quosdam ingulasset, solum igne & gladio vastaturum frenduisset. At non is vobis animus, vobis, inquam, & ignauis, & vesanis, & scordibus Catholicis, qui non vi, sed voluntate, non armorum sauitia, sed morum stultitia dedititij turpes, Hæretico turpissimo homini videretur, contra Catholicam Fidem inuerecundo schismate vos erexistis, concordiam scidistis, patriamque ipsam vestra perfidia prodidistis. Quam benè Petrus Cluniacensis. ^e vestram ignauia arguit, quam

Amb. lib. 2. c. 1. Procop. de bello Goth. lib. 1.

^a Am. lib. 2. c. 1. Gregor. lib. 4. Dial.
^b Cass. lib. 9. epist. ad Ioannem Papam.
^c Idem eodem.
^d Procop. de bello Goth. co. lib. 3.

^e Petr. Clun. lib. 1. epist. 2.

quàm pulchrè vos percellit! *Quomodo vos* (inquit) *pro Christo vestro sapientibus Græcis potentibus Romanis, crudelibus Persis, prodigijs Antichristi temporibus refisteretis, qui non multis gentibus, sed duobus tantum hominibus Hæreticis tam facile cessistis? Horum nulla vos sapientia conuincit, nulla potentia subegit, nulla tormenta terruerunt, nulla vel Magici necantamenta deciperunt. Quòd si vos, vt soletis, Catholicos esse profiteremini, discite sine Hæresi vix schismata consistere, & ab vno ad alterum quasi per gradus ascendi aut potius descendi consueuissè. Non potest* (inquit *Gelafius* ^a *Anastasio verè Hæretico, sed in speciem tantum Hæreticorù locio) peruersitatis communicatore suscepto, non pariter peruersitas approbari. Legibus vestris criminum conscij, susceptoresque latrocinantium, pari iudiciorù pœna cõstringuntur, nec expers facinoris estimatur, qui licet ipse non fecerit, facientes tamen familiaritate & fœdere receperit. Et certè lex est Francica, non solum eum qui furtum fecit, sed & illum qui sit conscius, numero furantium haberi. Si videbas furem, curuebas cum eo, & cum adulteris, (Hæreticis) portionem tuam ponebas. Sed aduertite quæso nùm in vobis quàm in Hæreticis culpa grauior, idèoque pœna horridior meritò vos debeat expectare. Nam* (vt aiunt canones) *qui aliorum defendit errorem, multò damnabilior est, quàm is qui errat, quia non solum errat, sed & errorem confirmat, & erroris offendiculas alijs præparat. Vnde, quia Magister erroris est, nõ tantum Hæreticus, sed etiã hærstarcha dicèdus est. Resipiscite igitur, resipiscite, & putidas, imò putridas Hæreticorum cõtignationes respuite: imitamiini tot probos viros, ab hæræsis lupanaribus ad Ecclesię thalá-*

mos

mos reuertentes: & ita statuite, Non esse *Chilidelici* hominis, non esse verè Franci *Hæreticorum* spurcitiis misceri, *Bezanos* et nõ prouolui, & hisce vitiorum paludibus mergi, & *Repeliti*. Caterùm, si vos Francorum honos vnquam perculit, audite *Iustinianum* ^a ad *Reip.* nostros de *ref. bello Go.* ^b *puenda Hæreticorum societate breuè loquitur, & quod Childeberto scribit, id vobis dictum existimate. Par fuerit vt nobis in hoc bello auxilio sitis, quòd sit vtrique nostrum communis rector & vera Fides, in Gothosque odium, qui ob Arrianam fidem sunt detestandi. Et sanè, multo fuisset Reip. Christianæ vtilius, multo patriæ desiderabilius, Francæ rogæ conuenientius, vobisque honorificentius, in Hæreticorum perniciem nobiscum fœderari, votis adunari, armis sociari quàm deserta Ecclesia ad Idola Gebennésia confugere, thura incendere, Bigerrensia portenta adorare, & in Lausanési faburra cum obscœnis ministellis nullo pudore fornicari. Sed de his satis.*

N V N C ad tertiam partem Expostulationis nostræ veniendum est, & de excommunicatione agendum, quam nobilissimè, ne dicam audacissimè, quasi brutum fulmen, vos bruti Catholicij, & degeneres Franci neglexistis. Nam non ea fuit veterum Catholicorum Religio, non ea Francorum pietas, vt Ecclesiæ edicta, & Christi venturi iudicis horrenda præiudicia, tam magnificè contemnerentur. Ius excommunicationis, inter prima Reip. nostræ robora, inter præcipuos Catholicæ Ecclesiæ neruos positum est, nunquam temerandum, nunquam contemnendum. Hoc non modò apud Christianos & Iudæos ^b viguit, sed & apud paganos ^b *Deut. 28.*

F diu

^a Gelaf. ep. ad Anast.

^b Cap. Car. Mag. lib. 6. cap. 188. ^c Psal. 49.

^d Can. qui aliorum. 24. q. 3.

diu multumque est vsurpatum. Hoc Druidæ^a no-
strorum Gallorum flamines, hoc Romani Pontifi-
ces,^b hoc Græci legislatores, ^c hoc Ægyptij sacer-
dotes, ^d hoc Indi^e à nobis remotissimi, & in Tapro-
bana insula inter fluctus & asperas cautes positi,
longissimè tenuerunt. Hic est ille gladius in flam-
mas ^f erumpens, quo Cherubinus & primùm Mundi
colonū paradisi possessionibus abegit. Hæc est vir-
gula Aaron, quæ Pharaonem induratum suis mira-
culis expauit. Hoc est interdictum ^h prohibitorium,
quò ne quis prophanus sacro loco adesset, Prætor
enunciavit. Hęc est famosa relegatio, qua pœnæ ter-
uos ad Cimerias tenebras princeps cōdēnauit. Hęc
est abdicatio, qua filios rebelles suo conspectu dis-
cedere pater pronunciauit. Hoc est repudium, quod
infœlices animas cum Sathana fornicantes, à Chri-
sto sponso dissociavit. *Qui hac Censoriaⁱ virgula tacti
& notati sunt, Sacramenti benedictionis,^k inquit Tertul-
lianus, ex auro antur, Ecclesia castris excluduntur, Fratrum
cōmunicacione repelluntur. Non salutis lumine, non Eccle-
siae limine,^m non tectis, non fidelium salutariæ recipiuntur.*
Nec tamen istud medendi genus nouū est, sed anti-
quū, & ipsius nascētis Ecclesiæ eunabulis & infatis
Fidei vnguiculis inuentū, ⁿ quo si quid est putridum,
rescinditur, si quid noxiè acutū, retūdatur, si quid cur-
tū, dirigitur, si quid obscurum, illustratur, si quid
frigidum, accenditur, si quid morbidum, ^o sana-
tur. Ita tamen, vt hic Ecclesiasticus mucro non
ladat obsequentes, sed sanet, & saluatricem, &
morum conseruatricem faciat medicinam. At hu-
ius gladij vulnera, & lethales ictus quis veterum
Christianorum non horruit, quis non expauit?

Mirum

Mirum est certè, primos Ecclesiæ imperterritos
milites, & intrepidus, qui leonum molas, carni-
ficum vngulas, Tyrannorū ergastula, non modo nō
pauebant, sed & fortiter despiciebant, ad primum
se se mouentis excommunicationis strepitum ita
fuisse percussos, vt Episcoporum pedibus procū-
berent, crimina detegerent, & magnis angoribus
veniam sibi fieri precarentur. Et quantò magis fer-
uebat Christianis pectoribus sacramentorum amor,
tantò magis stupendæ excommunicationis timor,
eorum animis nascebatur. nec sanè immerito. Quid
enim horridius, quid crudelius, quàm potentibus
verbis florentes, & in gemulas erūpentes ani-
mas, vi laente, & subito ictu marcescere, quàm cœ-
lesti manu feriri, quàm non visibili ferro sauciari,
quàm mutis fulminibus distrūpi, & in varias partes
disturbari? Multo ^a certè crudelius, quàm gladio
percuti, quàm flammis absumi, quàm feris, licet ra-
bidis & furentibus & insanientibus subiici. Nihil
profus Christiano homini esse potest intolerabi-
lius, nihil horribilius, quàm pungentibus con scientiæ
aculeis lancinari, quàm sequentiū & superbiētiū
Dæmonū, ore discerpi, ^b quàm iniquis, & cruen-
tis, & amarulentis Sathanæ dentibus lacerari. Nihil
formidabilius, quam diris deuoueri, supero limine
arcti, infero trudi, & capite sacro omnes impreca-
tionēs excipere, quibus Iudæ proditoris perfidiam
Regius poë a execrabili carmine prosequutus est. ^{p sal. 108.}
Hæc est Ecclesiæ summa cōrtio, hæc suprema iu-
risdictio, hæc alta, vt vocant, Iustitia, qua boni securi,
mali perterriti, à conceptis sceleribus deterren-
tur, & à commissis puniuntur. Sic enim Faustus

F 2

Rhegien

^a Cæsar
l. 6. de bel-
lo Galli-
co.
^b Linius
lib. 31. Ma-
crob. Sa-
tur. lib. 3.
cap. 4.
^c Plato de
legibus 7. 4.
^d Diodor.
Sic. antiq.
lib. 2.
^e Plin.
hist. Nat.
6. c. 22.
^f Gen. 3.
^g Exod. 7.
^h Ter. lib.
4. contra
Marcio-
nem.
ⁱ Tert.
Apolo-
g. cap. 39.
^k Idem. li.
de pudic.
^l Eodem.
^m Eodem.
ⁿ Paul. 1.
Cor. 4. 5.
Theodo-
rus Ancy-
ranus Ho-
mi. de
Sanct.
Ioan. E-
uang.
Cypr. Ep.
38. Tert.
in Apolo.
cap. 39.
^o Can. mu.
2. q. 1.

^a Can. Om-
nis 2. q. 3.

^b Hieroni-
ad Helio-
dor. Epi. 1.

^p sal. 108.

^a Faustus Rhégiensis, ^a *Qui apud nos grauius delinquent nul- lam neque iustiorē, neque acerbiorem possimus inuenire sententiam, quā ut à corpore congregationis abscissi sine pace discedant.* Iam verò, quid amplius formidare debet Christianus, quā separari à corpore Christi, quā à Sanctorum solo reuelli, quā ab arbore Ecclesiæ germinantis, frondescentis, & florificantis, & fructificantis, horrendo & tremendo vulnere amputari? Et licet ^b istius fulminis damna plerumque sub aspectum non cadant, tamen, si oculis corporeis cerni possent, mirabiles horrores excitarent sui. Nam ubi quis Ecclesiæ interdicto damnatus est, & Sathanæ traditus, ait Gregorius Nyssenus. statim carnificibus circumseptus ligatur, distrahitur, carceribus pessimis addicitur, & ad omnes omnium Dæmonum contumelias adigitur. Pendent, inquit idem, collo excommunicatorum grauisimæ & intolerabiles catenæ, nullūque membrum tanto Sacramento solutum est. Quod si moriantur in vinculis, ianitores Regni cœlestis perspicacissimi & solertissimi, statim compunctos excommunicationum notis inter cæteros agnoscunt, & sordibus scærentes, & squallentes & impexos reos limine deturbant, nec sinunt veluti in Eleusinis sacris, inscriptos vultus & vinctos pedes, quasi mancipia Sathanæ his fortunatorum sedibus habitare. Iam verò quale istud est, ex ore fulminantis & fulgurantis Episcopi, **Maledictus** ^c in domo, **Maledictus** ⁹ extra domū, **Maledictus** in agris, **Maledictus** in ciuitate, **Maledictus** ingrediendo, **Maledictus** egrediendo, **Maledictus** in semine, **Maledictus** in messe, **Maledictus** in horreis, **Maledictus**

^b Gre. Nyl-
fenus con-
tra eos qui
nolūt sep-

⁷ Ex conc.
Turo. 3.

in

in fructu telluris, **Maledictus** in fructu ventris, **Maledictus** in cubili, in sedili, in lauacris, in luminibus, in mēsis, in omni progressu, in omni promotu, quocumque se vertat, instantem Sathanam, vrgentem, prementem, sauientem, furem, lancinantem, cōspicere, & tanto & tam truculento carnifice exerceri? At forsam hæc despicietis, & ut Hæreticorum aceto estis perfusi, nil nisi Panicos terrores, Laruas, & inania spectra, aut verba, & verborum ampullas existimabitis. Sed nō ita veteres Christiani, non ita maiores Franci, à quibus hæc excommunicationis formula & concepta, & accepta, & laudata est. Sunt etenim non Africanarum, aut Asiaticarum Ecclesiarum canones, sed Turonensium ^a Autelianarum, ^b & Rothomagensium ^c synodorum regula, & Francorum Episcoporum sanctiones, quibus vestra de conrepta excommunicatione Philosophia, in Diodori scholis, aut Theomori Bezæ fornicibus edocta, mirifice damnata est. Et cum de Turonibus loquor, non de illis loquor qui vestris adulterinis Parliamentis conspurcati, impiorum societate labefactati, & ad omne scelus adacti, Christianā indolem, & Francorum disciplinam, & veterum Archiepiscoporum fidem prorsus damnauerunt. De Turonibus loquor, quos Gratiani aluere, Martini formauere, Gregorij excoluere, & quos in Ecclesiæ proseriptione formidanda, ex Apostolorum præscriptis, ex synodorum placitis, ex Patrū monumentis, ex Francorum Christianorum gestis, semper docuerunt. Pudet vestræ nouæ Turonensium ciuitatis nec iam Catholicam illam, aut Francam putamus, sed Catholicis infestam, hæreticis infectam, Frācis

^a Tur. 2.
Can. 8.
^b Burcard.
lib. 11. ex
concilio
Aurel.
can. 1.
^c Idem
Burcard.
eodem.

F 3

inui

inuisam horremus, & execramur. Eius pseudosententiarum purpuras non murice, non conchylio rubentes, sed monachorum & verè Catholicorum sanguine micantes & madètes, mœstis oculis adspicimus, & meritò lamentamur. Illudque propheticum^a inter hos calamitosæ urbis threnos exclamamus: *Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis? olim Iustitia habitauit in te nunc vero homicida. Argentum tuum versum est in scoriam. Vinum tuum mixtum est aqua; Principes tui infideles, socij furum.* Quòd si veterum patrum vestigia Christi tempora prope sequentium, si nostrorum Francorum de excommunicatione testimonia aduocemus, si Iudæos ipsos citemus, ô numinum & Ecclesiæ fulminum contemptores, quibus testium, & testimoniorum aceruis, vestram de excommunicatione neglectiorem obruemus? In lege Mosaica, ait Nyssenus,^b manent ad hunc vsque diem vice excommunicationis quatuordecim plagæ legitimæ, quibus Iudæi terriantur, & in Religionis obseruantia religiosè continentur. Et quis illius antiquæ legis excommunicationis non meminit, in qua vnus ex Leuitis quantum poterat voce contendeat; *Maledictus c homo qui facit scilpibile; Maledictus qui non honorat patrem & matrem. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere; Maledictus qui non permansit in sermonibus legû, & non perficit qua in ea scripta sunt.* Sed mitto Iudæos, mitto Christum d I E S V M Dominum meum, mitto Paulum, c de excommunicatione immania loquentes. Mitto reliquos Apóstolos crebris ictibus viros nefarios isto fulmine quatièntes, f libellum repudiij nunciantes: Ecclesiæ tutela eticientes Sathanæ mancipantes:

Solua

a Isaiz 1.

b Gre. Nyf
senus, cõ-
tra eos
qui nolūt
reprehēdi.

c Deut. 17.

d Matt. 12.

e 1. Cor. 4.

f Aduum
5. & 13.

Soluamus è Iudæorum littore, & ad Græcos per Mediterraneum mare, & Icarios fluctus veniamus. Si quis est qui de excommunicatione dubitat, consulat Gregorios Nyssenos,^a Gregorios Nazianenos,^b Ioannes Chrysofomus,^c & omnes Græcos, cæterosque diuini iuris nobilissimos Iuriconsultos qui suis respõsõs aperiet, quantum & quàm formidandum sit ab Ecclesiâ disidium, & quibus cautionibus & qua stipulatione sit cauendum. Linquamus Græcos portus, & sinus Italicos relegemus, Latinūque orbem perlustremus, audiemus Hieronymos,^d Ambrosios,^e Gregorios,^f demonstrantes quàm stupendū, & quàm Christiano capiti sit pertimescendū his execrationibus feriri, & episcoporū ore diris deuoueri. Rursum ex Italia in Africā nauigemus, Libyamque siticulosam, & Numidiæ ardentem arenas peragemus, inueniemus Tertullianos, g Cyprianos,^h Augustinos,ⁱ mira de excõmunicatione ratiocinantes, & pectoribus Christianis de hoc fulmine non exiguum timorè concutientes. Sed quid his terrarum partibus immoror? Totum orbem ambiamus, mare superum & inferū præterlabamur: Ab Oriente ad Occidentē, à Septentrione ad Meridiem rapiamur, Synodos omnes tam œcumenicas quàm prouinciales discutiamus, omnium Ecclesiarum iudicia peruestigamus. O Deus optime, quanta canonum, quanta Episcoporū testimonia cumulabimus, quibus excommunicationis propugnacula fulciamus! Non est animus Hieronymi,^k Chrysofomi,^l Paulini,^m Damiani,ⁿ historias edere; quibus pareat excommunicatos non modò animæ torminibus vexatos, sed & interdum corpore raptatos,

a Gre. Nyf
sen. cõtra
eos qui
nolunt re-
prehendi.b Apologe
tica orati.
c Chrysof.
Homil. 16.d Hier. ep.
1. ad Helio
dorum &
aduersus
Vigilan-
tium.e Ambros.
epi. 33. & 1.
ad Tim.f Greg. 1.
epist. 24.
g Tertul.
Apolog.
39.h Cypr.
epist. 38.
i August.
epist. 48.k Hier. ad
Helio do-
rum. ep. 1.l Chrysof.
ad Tim. 1.
ep. cap. 1.
m Paul. in
vita D.
Ambro-
sij.n D. Da-
mia. epi. 2

foedatos, distractos, febris vstulatos, fulminibus tactos, miserè, perditè, afflictè, reliquam vitæ feriem traduxisse. Satis nobis est demonstrasse ex Christianorum & Catholicorum patrum comprobatione, & toti⁹ Orbis sub signatione, vos, qui Episcoporum mucronem contemnitis, nec Christianum, nec Catholicum nomen posse promereri. At de Franco nomine quid dicemus? Nò est certè difficile, Francorum nostrorum autoritate, vestram Franci nominis falsam adscriptionem vna spongia delere. Nam si vos novos Turonenses iuvat conficere, veterem Turonensem Gregorium^a adducemus, qui Basinam scribit Chilperici regis filiam, vna cum Clodõilde sua consobrina excommunicatam Synodo Metensi Episcoporum pedibus procubuisse, & quasi postliminio ad Ecclesiam rediisse. Aymoinum^b aduocabimus cum superiori teste, qui Nantinum, qui Lendastem, qui Merouæum, & innumeros alios sacra communione priuatos, ait miserè periisse. Sed hæc forsàn ridebitis. At vestros rirus, vestræ desipiētia testes quid curamus, quid moramur? Sint hæc de Clodouingiis. Quid sub Carolouingiis? Legimus Carolum^c patria potestate vix filium retinentem, excommunicationis remedio vsum, vt adolescentis mentem indomitam compefceret, & obsequij vinculis retineret. Scimus Fulconem Rhemensem^d ab Adriano summo pontifice postulasse, vt Erminfridum Episcoporum monitis nò parentem, Christianorū cœtibus quasi vitiosam propaginem amputaret. Quid sub Capetis? Legimus Robertos, & Philippos^e in clytos Francorum Reges à Regum temperie nimia licentia dessectentes,

oratio

orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij factione prohibitos fuisse. Quid sub Valesiis? scimus^a Aurelianarum partium propugnatores excommunicationum ictibus sauciatos, reliquorum Francorum obsequiis & societate, imò sepultura, caruisse. Quid igitur excommunicationem tot annorum circulis, tot regum imperiis apud nos roboratam, magna audacia contemnitis, & tamen Francorum diuinum nomen & venerandum elogium vsurpatis? Quis Fracorum vos docuit, Ecclesiæ decretis non obsequi, monitis non obedire, Episcoporum sacros Magistratus despiciere, eorum fasces non reuereri, & de animarum iudicibus tam fastuosè iudicare?^b Lex est Francica, *Qui suum Episcopum nò audit, & excomunicatus est, perenni condènatione apud Deum plectitor, nostro palatio eiicitur, facultatibus exiitor, parentibus addicuntur.* Quòd si hæc de excommunicatis ab Episcopis, cur non de interdictis & relegatis à Romano sūmo Pontifice, qui Petri vicarius, princeps Episcoporum, & caput Ecclesiæ ab Ecclesia nuncupatur? Illa est Roma, si nescitis, vertex Ecclesiarum, locus terribilis, ^c sedes admirabilis, locus Principis Apostolorum. *Felix Ecclesia,* (inquit Tertullianus^d) *cui totam doctrinam cum sanguine Apostoli profuderunt, cum qua totius Orbis Ecclesia confesserarunt, vbi Petrus Dominica passioni adequatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioannes, posteaquam in igneū oleum demersus nihil passus est, in insulam relegatur.* Illa est, quæ ab Ignatio^e Deo digna Ecclesia, decentissima, beatificanda, laudanda, & castissima nominatur. Illa est quæ ab Irenæo^f sc̄ta magnificè commendatur: Irenæo, inquam, Gallo & Catho-

aluuenalis
Vrsinus.b Car. mæ-
gnus li. 7.
cap. 182.
Syn.
Const.
Collat. 7.
Syn. Ro. 3.
can. 3. & in
causa Syl.
Concil.c Bernard.
epi. 232.
d Tert. de
præsc. ad-
uer. hæret.

e Ign. ep. 35.

f Iren. li. 3.
cap. 1. adu-
hæret.a Greg.
Tur. li. 10.
c. 20.b Aym. 3.
c. 21. & 31.
Greg. 6. c.
32. & li. 5.
cap. 21.c Flodoar-
dus in
Fulcone
Rhemenf.d Idem
eodem.e Petrus
Danianus
Epist. 12.
vuo Car
f. 101. 81.

tholico, & nō Hēretico, nec Hēreticorū socio, *illud certissime teneatis* (inquit Bleſēſis de Pōtificis excōmunicacione^a) *ipſū nūquā aliquē excōmunicaffe quin moretur in proximo, aut cuius faciē non operiret subita & ignominioſa confuſio.* Quod in Hērico Valeſio & principe Condæo animaduerſum eſt, & breui, vt nos ſperamus, in Henrico veſtro, vt olim in Henrico 3. & 4. Imperatoribus, peioribus exemplis comprobabitur. At quæſo quibus in philoſophorum ſcholis hanc ſapientiam didiciftis, vt cūm Henricus Valeſius, & Henricus Borbonius: hic propter Bezanam impietatem, ille propter cædem in Cardinalem Guiſium crudeliſimè patratam, & propter hæreſim Regno ſtabilitam, Chriſtianorum cœtibus ſint auuſi, tamen cum illis verſandum, cum illis viuendum, illis communicandum & obediendum eſſe crederitis? *Quis dicat eſſe hominis Franci, quis viri Catholici, ita Catholicorum præcepta conuellere, ita Francorum inſtituta contemnere, vt à vobis & veſtris participib⁹, quaſi quiſquiliæ, aut nihili, aut certè minimi habeantur?* Sciunt Catholici tam ex canone Apoſtolorum, ^b quàm ex cōcilio Niceno, ^c & Antiocheno, ^d & Carthaginēſi, ^e & ex Calliſti, ^f & Fabiani ^g decretis, cum excōmunicatis non orandum, non edendū, non loquendū, non cōmunicandum eſſe. Hinc fit, quòd eorum nomina valuis Eccleſiarū inſcribentur, ^h ædituū tabellis notabantur, Sacræ Liturgiæ memorialibus debebantur, ⁱ & ad æternam infamiam ſacrarum ædium liminibus arcebantur. ^k Norunt Franci ex concilio Rothomagenſi, Aurelianenſi, Turonenſi, ^l nullum commercium ^m cum illis habendū. Sciunt

ex con

ex cōcilio Lugdunenſi primo, *Ab vno Epifcopo excōmunicatos, apud omnes debere communionē priuari.* ^a Lugd. can. 4. Sciunt ex primo Aurelianenſi, ^b *Pœnitentes ad ſecularia reuerſos & excōmunicatos, ab omnibus Catholicorum cœtibus ſegregari.* ^c Norunt ex Turonenſi ^c ſecundo, *Epifcopos Synodo non comparentes, ab aliis Epifcopis deutari.* Sciunt ex Aruernenſi; ^d *Iudaïs nubentes Anathematis feriri, & cum eis non communicari.* ^e Turon. 1 can. 1. ^f Aru. can. 6. ^g Quæ omnes Synodi, Francorum ſunt, non exterrorum, vt intelligatis quod fuerit de excōmunicacione pauenda, & de vitandis excōmunicatis iudicium. *Qua igitur temeritate eorū præcepta diſſoluitis? Qua cæcutientia excōmunicaciones negligitis? Qua licentia excōmunicatos ſuſcipitis? & tamen Francorum & Catholicorum glorioſa nomina veſtris capitibus, quaſi corollas, aptatis & imponitis? Quid turpes de nobilibus, quid viles de preciſis, quid degeneres de animoſis titulis triumphatis? Sed lubet Caroli Magni, verè Catholici, & validiſſimi Franci, vos gladio configere, vt tanti *Æneæ* dextra moriamini, & licet indigni, tamē, vt *Marſyas* ille quondam, de veſtro inſœlici exuuiio triumphantem Apollinem habeatis. Quid igitur ille? ^e *Cum excōmunicatis communicare non licet.* Quod ſanè auguſtum præceptum eſt: Sed ab Auguſta Eccleſia petitum & Auguſti Francis & Catholica fide triumphantibus, non Hæretica veſania deſipientibus, cōmunicatum. Verūm audite quid ſequatur, & à Franco Rege, vos Cardinales, Epifcopi & præſbyteri, qui magno Eccleſiæ mœtore cum excōmunicatis verſamini, veſtræ condemnationis elogium accipite: ^f *Quicumque ab Epifcopo ſuo correptus ſe emendare noluerit,* ^g Car. Mag. 5. l. c. 42.*

a Bleſ. ep. 69.

b Can. 10.

c Nicen.

can. 5. Bucardus.

d Antioch. can. 2.

e Carth. 4. can. 9.

f Decreto Calli. ca. 3.

g Pap. ad Epifcop.

Galliarū.

h Ex decreto Honorij Papæ can. ij. Bucardus li. ij. c. 49.

i Can. Quiſcunque. ij. quæſt. 3.

k Tertul. in lib. de pudicitia.

l Bucard. lib. ij. cap. 2. 3. 4. 5. 6.

m Tertul. in apol.

n Sancti cōmmercio priuantur.

a Lugd. can. 4. b Aut. I. can. 13.

c Turon. 1 can. 1.

d Aru. can. 6.

e Car. Mag. cap. 5. lib. 25.

f Car. Mag. 5. l. c. 42.

noluerit, & ab ipso excommunicatus fuerit, qui postea cum ipso communicauerit, similiter excommunicetur. Quid nunc de vestra cum Hæreticis societate existimatis? an non scdam, an non odiosam, an non contagiosam, esse intelligitis? An à Papa Sixto excommunicatis communicandum esse censetis? Sed vtsciatis qualis sit modus istius excommunicationis, reliquum audite & æqua mente percipite. In Ecclesiam (inquit) non debet intrare, nec cum vilo Christiano cibum & potum sumere, nec eius munera quisquam accipere, vel osculum porrigere, nec in oratione se iungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo sit reconciliatus. Audistin à magno illo Franco Imperatore formã excommunicationis, Religiosis forsan Francis non vobis præscriptam, & de vitandis, non verò confederandis, & aduersus Ecclesiam iuandis excommunicatis, nobilem sanctionem? Quid si viueret, quomodo vos abigeret? Quomodo vestrum Nauarum sua scepra scdamatem exciperet, & vestram adulatricem turbam, quæstus gratia Hæreticis fauentem, sonatibus flagellis coquorum suorum manu deturbaret? Sed aduertite quæso quid sequatur. Nam hoc capitulum scindere, vestræ trucidatorẽ impietatis, nobis religio est. Quid ergo addit? Si quis se reclamauerit quod iniuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum Episcopum venire, & ibidem secundum canonicam institutionem diiudicetur, & interim suam excommunicationem custodiat. An ex his verbis, vestram ex periculo recitatam sententiam agnouistis? an animarum vestrarum tabulam condemnatoriam suscepistis? Sed hæctenus à Rege & Imperatore. Nunc ab Episcopis Francis, vestræ temeritatis iudicium audia

audiamus. Ac in primis sanctum Eligium Nouiomensem^a de excommunicatione formidanda in medium adducamus. Qui timet (inquit) separari à Regno cælorum, per vltimam sententiam summi Iudicis, timeat, ne per Ecclesiasticam disciplinam à Sacramento cælestis panis interim separetur. At non vobis eadem cum illo sanctissimo Episcopo de excommunicatione sententia. Quid verò Hildebertus^b primùm Cænoinanensis, mox Turonensis Episcopus? Is (inquit) in spiritu contrito Hubertum accipiens, primo blanditus est illi bestia; dehinc illum sacrilegij liberè coarguit, postremò tradit cum Sathana in interitum carnis, anathematis vinculo quo debuit alligatum. Sed libet Episcoporum turmis & manipulis, vestram impietatem obruere. Sic ergo Ländranus^c Turonensis, Dodo Andegauensis, Aldricus Cænoinanensis; Helias Carnotensis, Herimannus; Niuernensis; Iuo Nouiomenfis, Erpoinus Syluanectensis, omnes Episcopi Franci, quorum caulas & ouilia vos cruenti lupi inuafistis; ad Nomenoium gentis Britannicæ priorem scribunt: Hoc etiam per tuum ministerium denunciamus Lamberti hominibus, & quibuslibet gentis tuæ: quod si communicauerint ipsi, & rebellioni eius consenserint, anathemate condemnabuntur, & traditi Sathana sine fine peribunt. Quid Ato Trefensis^d Expectatur à nobis sicut pluuiæ in vellus, vt frementiam Clericorum iram recutdat, vt mucrone Apostolica vindicta inobedientes coarguat, vt nescientes intelligere faciat, quàm sit pondus apostolica præcepta contemnere. Quid Yuo Carnotensis^e? Si quis in impietate suæ perdurans, iudicio Ecclesiæ priuatus sit; huius vitanda est communicatio ab his, ad quorum aures illa excommunicatio peruenit. Quod profecto vit sanctis

^a s. Elig.
Hom. 8.

^b s. Hild.
epist. 39.

^c Lupus
Ferra.
84.

^d Pet. C. 6.
lib. ep. 35.

^e Yuo. ep.
81.

sanctissimus, magna & incredibili constantia po-
 stea executus est. Nam Philippo Rege excommu-
 nicato, cum etiam rogaretur ab eo ut in aulam
 veniret, & sibi communicaret. *Mallet* (inquit)
 Yuo ep. 15. *mola Asinaria in profundum demergi quam per me men-
 tibz infirmorum tanquam caco offendiculum poni. Nec
 ista contra fidelitatem vestram, sed pro summa fidelitate
 dicere me arbitror.* Et alia Epistola: *Faciatis do-
 minus Rex aduersus paruitatem meam, quantum Deo per-
 mittente libuerit & licuerit, includat, excludat, proferbat,
 inspirante Dei gratia, & prosequente, decreui pati pro le-
 ge Dei mei, nec vlla ratione cogente volo ei consenta-
 neus in culpa esse, qui nolo esse confors in poena.* O verè
 Episcopum non apocopum, verè pastorem, non
 vastatorem? O Christianum pectus in Religione
 fidum, in disciplina rigidum, & in pranis mori-
 bus profligandis, validum, & intrepidum! Quid
 vos falsi Episcopi, & Cardinales adulterini, quid
 vos, ô lupi Pastores, & mergenatij turpes, qui in
 aulis non in caulis, cum Hæreticis & excommu-
 nicatis versamini, qui lupo adulamini, qui turpi-
 ter obsequimini, qui longos annos, qui aduersus
 Christum tot victorias tot triumphos magno deside-
 rio precamini; quid vos, inquam, Yuoni vos iudicâ-
 ti, & rite damnanti, respõdebitis? *Inter eos, inquit Cy-
 rillus, qui Sacerdotio funguntur, comperti sunt qui Chri-
 sti causam aspernarentur, ut pote cum homine Heretico
 aperte conspirantes, isque qui illum impugnant improbe
 sese obiectantes. Sed horum inscitiam Deus destruet.*
 Nunc ab Episcopis ad Abbates veniamus. Egre-
 gium est illud Bernardi Clareuallensis ad Ludouic-
 cum Francorum Regem: *b Non facio quod cum ex-*

Bernar.
epist. 221.

commu-
natis

communicatis iteratò fœdus & amicitias inire satagitis.
 At verò Petrus Cluniacensis, ^a quid de excommu-
 nicatione comminiscitur? ^b *Quoniam regalis gladius*
 (inquit Innocentio 3.) *nimum obtusus est, rogamus*
vt Episcopalis, id est spiritualis, quod est verbum Dei,
secundum Apostolum, non sit alligatus. Mirabile est
 quod scribit Abbas Sancti Theodorici, ^c in vi-
 ta Sancti Bernardi, de excommunicatione Comitis
 Pictauiensis. Nec minus laudandum exemplum
 Abbatis Sancti Eligij ^d qui ne Hæreticis & excom-
 municatis participaret, Christi pretioso corpore
 arrepto, & asportato, celsit vrbe, celsit Ecclesia, & ab
 Albigenibus diuertit. Quin' liber adhuc Franca-
 rum Abbatissarum testimonio quasi crinali acu vos
 compungere, & Lodoicam ^e Abaliardi quondam ob-
 hèresim excommunicati doctam vxorẽ, ac mox viri
 consensu religiosissimam Abbatissam factam, ita de
 excommunicationis absolute diffidentem addu-
 cere. Quid ergo illa ad Petrum Cluniacensem:
Placeat vobis aliud sigillum mihi mittere, in quo Magistri:
(id est Abaliardi) absolutio literis apertis continetur,
vt sepulchro eius suspendatur. Habebant enim veteres
 Franci exosam ad eò excommunicationem, vt semel
 in eam lapsi ac absoluti, non modò in vita, sed &
 post mortem de absolute gauderent, eamque
 tumulis iuberent imponi, quò fidem facerent om-
 nibus Christianis, in Ecclesiæ pace & communionẽ
 Sanctorum quieuisse. Quæ omnia sint, non videtis
 quantum à Francorum fide remoti, & à Catholice
 Fidei præceptis relegati, & segregati sitis? Inter hæc
 tamen an erubescitis? an ferreum os deponitis?
 an vos minus Francos, minus Catholicos, nuncu-
 patis,

a P. Cluni.
epist. 17.
b Cypr.
Syn. Eph.

c Vville.
2. lib. in
vita D.
Bernardi
cap. 6.

d Hist. Al-
big.

e Petr.
Clun. ep.
23.

patis, cum nihil Francorum penitus habeatis? Pudet certè, pudet vestrae aheneae frontis, & inuerecundae peruicaciae, & istud Claudiani plerumque mecum occino,

— *En audet noti Cytherèa pudoris,
Ostentare suos post Lemnia vincula vultus.*

Horreo vos nunquam sanguine perfundi, nullis ruboribus aspergi, nulla ingenuitatis nota compungi. Cumque lucri & damni societatem cum haëreticis inieritis, inter lucri communis compendia hæc forsitan accèpistis, vt nihil reuereamini, nihil pudeatis. Sed quoniam de qualibet margine vel ara. medicinam moribus facimus, ex sancti Eligij^a verè Franci sermonibus, quaeso hoc poculum salubritatis vobis propinemus: *Versetur ante oculos imago futuri iudicij & cum alij accedunt ad altare Dei, quò ipse non accedit, cogita quam sit contremiscenda illa pœna, cum percipientibus alijs vitam æternam, contra alij precipitabuntur in mortem æternam.*

^a D. Elig.
hom. 8.

Sed aduerto quid contra summi Pontificis excommunicationem excipiat. Illum in caput Regū Frãcorum ius excommunicationis nullum habere, & si habeat, reges imperio priuare, subditos de fide liberare nõ posse. Egregium certè cõmentum dignumque vestris ingenijs & Turonèsi sapientia. Ergone Francorum Reges Ecclesiæ Sceptris non subiici? cum imperatrici Ecclesiæ dictum sit ex ore Dei^b, *Erunt reges nutricij tui, & regina nutrices tuae, & vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Eòsne immèso illo potestatis fastigio cõximi, cū scriptū sit, ^c *Ego te cõstitui super gètes & regna, vt euell*

^b Isai. [29.]

^c Isai.

vt euellas, destruas, plantes, & adifices. Ego te dedi in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aheneum, super omnem terram Regibus Iudæ, Principibus & sacerdotibus & populo terræ? An de Petri Apostolorum principis Imperio, & successorum eius, illud Virgilij vaticinium, licet ipsi Virgilio incognitum, non didicistis?

— *Imperium sine fine dedi.*

Romanos rerum (& regum) dominos gentemque togatam?

^a *Sedes Roma Petri, qua pastoralis honoris facta caput mundo, quidquid non possidet armis, Religione tenet.*

^a Prosper,
de ingrat.
tis.

Illæst Roma (si nescitis) in qua ouile Domini positum est. ^b *Illæst Sion, inquit Arnobius c, qua non cedit fortibus mundi, qua timorem regibus imperat, que venturam iram contemptoribus pollicetur, & ficitibus vasculis comminatur.* In ea, tanquam in supremo folio Ecclesiasticæ altitudinis, dux summus constitutus est Petrus, cuius Imperium, *quandiu seculum stabit, tam diu stabit, inquit Tertullianus d. Ille est, qui vice Christi potest in hæc verba erumpere: Ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.*

^b Mich. 2.
^c Arn. Pf.
2.

^d Tertull.
Apolog.

*Hoc duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.*

At verò, si Francorum Reges tanta & tam gloriola priuilegia habuere, vt à Pontificibus summis non excommunicentur, vbi illa quaeso delirècebāt, cum Roberti, Philippi, Ludouici, Ecclesiæ extorres, à Christianorum communione arcebantur? *Qua terrarū parte abdita, qua scordia non edita, qua*

G vefania

vesania veteribus Francis incognita, tam diu inter blattas sepulta iacuerunt? Forſan in intermundiis Democriti, aut inter Epicuri atomos à vobis his temporibus reperta ſunt. Certè non ignoramus, olim quibuſdam perſonis excòmmunicationis immunitatè à ſummis Pòtificibus eſſe còceſſam. Legimus apud Bleſenſem^a, priuilegium indultum, ne ab Epiſcopis & Archiepiſcopis, ſed non à ſummo Pontifice, niſi conuictus & in iure còfeſſus excòmmunicaretur. Scimus eandem immunitatem tributam iis qui in còmeatu ſummi Pòtificis degunt. Scimus Cluniacèſibus datù ne ab ordinariis excòmmunicètur. ^b Sed interrogo vos, (ò bonæ fidei homines) an putatis in cauſa Fidei hæc ſibi locum vindicare? Nec enim ignoratis, tãtam eſſe & tãm nobilem Fidei rationè, vt nullis priuatorum priuilegiis, nulla immunitate còlſtingatur. ^c An etiam putatis aduerſus Eccleſiã quæ immunitatem dedit, ^d hanc immunitatè poſſe militare? Sed Apologeticorum veſtrorum, hominũ certè nefariorum mendacia deprehendimus, qui cum in Regaliis Franciæ ^e oſcitantius aliquando legiſſent, Francorum regibus à Martino quinto còceſſum, vt à nullis ſui Regni Epiſcopis excòmmunicarentur, ſingulari audacia, qua ad omne crimen falſi prompti ſunt, ſinxère, & ſcripſère eos à ſummis Pontificibus excommunicari non potuiſſe. Atque his nugis & impoſturiſ deliniti, cui minimè credendum fuit, ſatis ridiculè, turpiſſimo homuncioni, in re tam ſeria credidiſtis: At nos, ex actis Pariſienſis Senatus, didicimus D. Ludouico còceſſum ab Alexandro 4. quod Innocentiũs quartus antè Regibus Francis conceſſerat, vt ſine ſpeciali mandato ſedis

^a Bleſ. ep.
18.

^b Ca. diuini-
ng. de pri-
uileg.
Ca. Quan-
to de pri-
uileg.

^c Cap. vt
officium.
ſ. denique
de hæret.
^d Belloy
in Apolo.

^e Ferral-
dus pri. 6.

ſedis Apoſtolicæ, nec Regnum, nec Regis caput, interdicto Epiſcoporum feriretur. Quod à Clemènte 4. & Nicolao tertio, aliſque multis vrbis Epiſcopis, ratum & comprobatũ eſt. Sed intelligo quid mihi pro veſtra ſapientia obiiciatis. Regnũ Francorũ eſſe nobile, vetuſtum, Auguſtum, tot victoriis ornatum, tot ſeculis commendatum; Reges ipſos, glorioſos, illuſtres, pios, de Eccleſia bene meritos, ſummam Imperij arcem, non niſi Deo donante, & gladio conſeruante tenuiſſe. At nos, qui Regiæ Aduocationis munere fungimur, non minus quàm vos, imò magis quàm vos, Regum noſtrorũ maiestate & authoritate delectamur. Nihil eſt Regiæ altitudinis, nihil potètiæ, nihil laudis, nihil Imperij, quod noſtris Regibus tribui non deſideremus. Iura Regia toto corpore & animo defendimus, & in his protegendis, noſtras operas non locatas, ſed noſtram operam collocatam eſſe non ignoramus. Hinc fit, vt cum ineptiſſimis hominibus, quibus nec ſacerdotium, nec Regnum curæ eſt, cum impoſtoribus & detractoribus, cum impudicis & hellionibus, cum flagitiſis & prædonibus, cum nequiſſimis & ſcleratiſſimis, quibus Imperium pro præda eſt, nõ modò ſingulis momètis decertemus, ſed ſi par furori eſſet potestas, etiã de exiſtimatione & vita periclitaremur. Regum gloriam noſtram eſſe gloriam proſitemur, & in eorum dignitate, noſtram dignitatem eſſe poſitam non ambigimus. Sed vbi de Fide agitur, nos noſtrum imperium, noſtrosque principes, Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, & Romanæ ſubiicimus. In hac depreſſione, Regni, Regũque ſublimitatem & altitudinem

reponimus, nec Attalicis conditionibus, imò nec Neronianis cruciatibus, ab hac sententia vnquam dimoueremur. Quin, in huiusmodi causis illud D. Remigij ad Clodouæum nostrum occinimus,

Mitis depone colla Sicamber^a.

Deus vos nostro subiecit imperio. Imperamus & ipsi, (dicebat Gregorius Nazianzenus^b Valentiniano Imperatori) addo etiam imperio maiore & augustiore, nisi cœlestia terrenis, & spiritus carni subiiciantur. Si dux, si consul, si is qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coerce; maiorem tu illo potestatem habes: dicebat Chrysostomus^c sacerdotibus. At elegans est illud Ambrosij dictum ad Valentinianum Imperatorem:

d Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea qua Dei sunt aliquod imperiale ius habere; si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Et sanè ea est summi Pontificis potestas, vt sit pater habitantibus Hierusalem^e & domui Iuda, cui data est Clauis domus Dauid super humerum eius, vt aperiat, & non sit qui claudat, & claudat & non sit qui aperiat. Quod à nostris regibus agnitum, & à veteribus Francis confirmatum, quis ambigit, quis non fatetur? Nam Carolus Magnus vbi de summo Pontifice verba facit, *In memoriam* (inquit)^f *Beati Petri Apostoli, honoramus sanctam Romanam Ecclesiam & Apostolicam sedem, vt qua nobis sacerdotalis mater est dignitatis, Ecclesiastica esse debeat Magistratiõis.* Quod & Nicolaus Papa 8. cum ad Carolum Caluum scribit, fatetur eum agnouisse. Ait enim, *Cum vos tanta humilitate, tantaque deuotionis incuruatione, sub potenti manu Dei ad reuerentiam precipuorum ipsius Apostolorum flecti conspiciamus, impletum videmus quod Sanctus Iob, de Domino loquitur dicens,*

^a Greg. Turon. li. 3. c. 31.
^b Nazian. 3. ad pop. tresp.

^c Chryf. Homil. 84. in Mat rheum. d Ambr. Epist. 33. li. 5.

^e Isai. 22.

^f Can. in memoria dist. 19.

^g Nico. laus, Epif. 7.

*dicens, Sub quo incuruantur qui portant orbem. Sed audiamus nostros Francos de illa potestatis agnitione differentes, & regna, & Reges, summis Episcopis in rebus Fidei submittentes. Iuo Carnotensis^a inter præcipua nostræ Franciæ lumina, sic ad Paschalem summum Pontificem scribit: Nouit vestra paternitas, quia Regnum Francorum præ cæteris sedi Apostolica semper fuit obnoxium, & idcirco, quantum ad regias personas pertinet, nulla fuit diuisio inter Regnum & Sacerdotium. Et vbi de Philippi excommunicatione agit, quæ ad Fidem spectat & ad mores Fidei congruentes, ita^b differit: *Notū facio sanctitati vestre quod Francorum Rex Romam in proximo se venturum dicit; quod tamen non credimus. Sed seu veniat, seu mittat, cauere & vobis & nobis, vt semper clauibus & catenis Petri fortiter teneatur. Et si fortè absolutus fuerit, & ad vomitum sicut iam contigit redierit, cuestigio eiusdem clauibus recludatur, iisdem catenis religetur.* Quid verò Petrus Cluniacensis^c vbi de moribus agit Ludouici iunioris? *pro Domino Rege Francia magno, nobili, & spiritali filio vestro, benignitatem vestram deprecor* (scribens ad Innocentium Papam) *vt quia non solum Rex, nõ solum magnificus rector Christiani populi, sed etiã quia opus manuum vestrarum est, quem ad regnum prouexistis, quem sacris manibus inunxistis, quem potentiorẽ paribus Regẽ designatis. Si quid fortè adhuc, vt etate iuuenis, inconsultè egit, ei condescendatis, & eius fortè errorem sapientia vestra velamine contegatis.* Sed mirum in modum vos premit Blesensis^d, licet curiæ Romanæ paulò infensior. *Non Rex, non Imperator* (inquit) *aut dux, à iugo vestre iurisdictionis exiit: Crux Christi, antecellit aquilas Imperatoris, & gladius Petri, gladium**

^a Iuo Car. Ep. 240.

^b Iuo. Ep. 49.

^c Pet. Clu. ni. 5. Ep. 2.

^d P. Bles. Ep. 146.

* Bern. de
Confid. 2.
ca. 6.

Bl. Ep. 49.

Constantini, & Apostolica sedes, praiudicat Imperatoria potestati. Quod à Bernardo optimo Franco his verbis confirmatur ad Eugenium 3. a Agè accingere gladio tuo (id est gladio spiritus) glorifica manum, & brachium dextrum ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in cōpedibus & nobiles eorum in manicis ferreis. Quin antiqua Franca nobilitas vbi ad annos peruenisset quibus non togam nec pr̄textam vti veteres Romani, sed ensē gestandum acciperet, non aliunde quam à manu sacerdotis & ab altari recipiebat. Nam sic Blesensis, Tyrones enses suos recipiunt de altari, vt profiteantur se filios Ecclesie atque ad honorem sacerdotij, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patrie liberationem gladium accepisse. Et certe, si mihi esset animus à capite Franci imperij, ad calcem nostri seculi, omnium Fr̄corum testimonia delibare, quibus in causis Fidei, Pontificum authoritati nostri reges subiiciuntur, nulla ad curendum planicies aptior, nullus campus accommodatior mihi dari aut concedi posset. Scimus quibus terminis Ecclesiastica iurisdicctio, quibus sepibus laica potestas concludatur. Nouimus vtriusque fines. & ex eodē fonte diuersis riuulis scaturientibus, fuere iam dudū limites conscripti & adsignati. Omnes de ea re cōtrouersia iam pridem finium regundorum iudicio & acta & terminata sunt. Sed vos, vt hominibus & Angelis imperetis, hos arbitros lapides sustulistis, & sacra conterminia magna audacia remouistis.

Fodistis sacrum medio de limite saxum.

Verecundia vobis est, se principibus Ecclesie subiicere,

subiicere, pudor est, summū Pontificē agnoscere, & Christianarum ouium pastorem summum, ne cilio quidem venerari. Solis Hæreticis vestra vota soluuntur, & Nauarrus qui totius Orbis est fex, idem vobis Pontifex, idem Rex, idem Princeps à vobis colitur & adoratur. Pro eius incolumitate, & Hæreticæ suæ maiestatis accrescendi iure, cœlum obtunditis, Pium, Fœlicem, Augustum, nominatis, optatis vt agnoscat, quaritis vt dominetur, & non modò desideratis vniuersam Franciam huic populatori subiici, sed etiam telluris imperium eius Tyrannidi m̄cipari. Hoc quidquid est, quod certè pessimum est, quid aliud est quàm Catholicā fidē vobis Catholicis videlicet ad eodē charā egertere, Ministellos agnis Christianis præficere, fidē auellere, pro Sathana orare, illi bene precari, bene ominari, Deum alto folio deiicere, & iniquissimos inferorū spiritus telluris dominationi præponere? O quā disparibus votis & cōtrariis animis nos Catholici pro eius incolumitate Deo supplicamus.

Rumpe manu telum, Phrygiæ prædonis, & ipsum

Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.

Sunt enim hæ supplicum Catholicorum voces quibus vestro conuulsatori Deo supplicant, vt pereat, vt gulam frangat, vt infœlici arbori suspendeat, nec tam diu in terris ad Religionis stragem & Imperij excidium viuere patiatur.

Videam⁹ tamē, an Reges Imperio priuare, & subditos fide liberare, summus Pōtifex in causa Fidei potuerit. Nec dubitamus, quin illa capitis minutio, non modò vobis molesta, sed & acerbissima videatur. Nam cum principibus turpissimis, iisque

Hæreticis, quæstus gratia tam turpiter seruiatis, non mirum est si pro eorum dignitate, etiam aduersus Ecclesiam tam acriter contendatis. Sed potuisse, & debuisse, constanter asseueramus, nec contra Christum ut vos terrenis potestatibus adulamur. Primum si Christianæ legis sacerdotale Imperium, cum antiquæ legis sacerdotio componamus, an dubitatis primum cum posteriore, nec rerum dignitate, nec personarum authoritate posse comparari? Certè lex Mosaica cum Euangelio collata, nec splendescit, nec clarescit, inquit Espensæus, ^a sed Christi lumine potētius refulgēt, & totum orbem illustrante, non modò decoloratur, sed & moritur. Ita ut rectè à Hieronymo dictum sit, ^b eam à Christianis quasi honestissimam matronam ad tumulum fuisse dēductam. At verò, si legis antiquæ historias euoluamus, nonne reperiemus Saulem à Samuele ^c, & Hieroboamum ^d ab Ahia, Oziam ab Azaria, ^e Iesabellam à Iojada ^f fuisse regno turpiter expulsos & deturbatos? Omnes qui magna modestia veteris legis sacra curabāt, ubi Reges à patrum tramite deflectētes audiunt, insurgunt, increpāt, obiurgāt, arguūt factis quosdam abstrahunt, alios cæli siccitate, alios manuum ariditate, alios lepræ scelerate percutiunt, alios Regni amœnitate depellunt, & tandem in his quæ Religionem spectant, magno Imperio dominari potestātur. Samuel ^g & Iudex & sacerdos, Agag regem in frustra dissecat. ^h Iudas accipit gladium ab Hieremia, ut frangat, deiiciat, & vulneret, & aduersarios populi Dei conficiat. Hoc si prophetis & sacerdotibus Mosaicæ legis licuit, quin Christianæ legis principibus & sacerdotibus

summis

^a Esp. c. 1.
prioris ad
Tim.

^b Hier. ad
Augult.
Epist. 93.

^c 1. Re. 10.
^d 3. Re. 14.
^e Paral. 2.
c. 26.
^f 4. Re. 11.

^g 1. Re. 15.

^h 2. Mach.
5.

summis licuerit, an hodierno die dubitatis? Licuit semper, semperque licebit, seculi principes & audacia & contumacia aduersus Christum & eius fidem insurgentes, omni iurisdictione, & Imperij abdicacione multare. *Pro patribus tuis* (inquit ^a scriptura) *nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Dedi* ^b *vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, & nihil poterit vobis nocere.* ^c *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.* Sic Henricus III. Imperator à Gregorio septimo, sic Federicus primus ab Alexandro tertio, sic Federicus secundus ab Innocentio quarto, sic Otho quartus, sic Ludouicus tertius, sic Ludouicus quartus, Regnis exauthorantur, spoliantur, abdicantur. Mirro ea quæ à Christianis nostris iacente adhuc in cunis Ecclesia, sed tamen potenter dominante acta sunt. Mitto quæ à Babylonia in Philippum, ^d quæ à Calaritano in Constantium, ^e quæ ab Ambrosio ^f in Theodosium, & apud Francos à Gregorio Turorensi in Chilpericum, ^g ab Iuone Carnotensi ^h in Philippum Augustum, cæterisque Episcopis acta sunt. Nam hi, & constanter, & intrepide, excommunicatorum principum, & contra fidem agentium Imperia refutabant. Harum rerum si rationem expostulas, scriptura tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, Fides obseruatix. ⁱ Rationem scripturæ & consuetudini & Fidei patrocinatorum, ipse facile perspicies. Cogita enim Petro dictum fuisse, *Pasce oues meas*, quod scripturæ verbis demonstratur, & in his verbis totam Ecclesiæ Monarchiā, quam Augustinus principatum appellat, ^k vni regi,

^a Psal. 44.

^b Lucæ 10.

^c Psal. 110.

^d Chryf. in
vita Baby-
lae.

^e Lucifer
Calasi. lib.
de regibus
Apostat.
^f De tra-
dendis Ba-
silic.

^g Amoy.
lib. 3. c. 26.
^h Iuo. Ep.

ⁱ Tertul.
de cor. mi-
litis.

^k Aug. E-
pist. 162.

vni pastori, fuisse adscriptam. Cogita etiam quod dixit Petro, Petri successoribus dictum fuisse. Nam sic Innocentius ^a primus, *A Petro Episcopatus, & tota auctoritas huius nominis emerfit. Viuit Petrus in successoribus suis*, ait Leo magn⁹. ⁹ Denique cogita officium boni pastoris esse, non solum ouibus læta pabula præbere, quod est verbum Dei, sed & præcipuè lupos ouilibus & quæcumque venenata sunt animalia procul abigere. Nam, vt inquit Poëta, bonus pastor.

— *Lupos ab ouilibus arcet.*

Non mediocris est iste principatus, (ait Bernardus ^c) *exturbabis malas bestias à terminis tuis, quò greges tui securi in pascua educantur.* Quæ omnia vbi cogitaueris, tum postremò illud cogita, an rabidiores lupos ouilibus Francis arcere potuerit summus Ecclesiæ pastor, quàm illum vestrum Valesium, & hunc vestrum Nauarrum, non modò Hæreticum & Calvinistam crudelissimum, sed & Hæreticorum quotquot fuère vnquam furentissimum, & Christiani sanguinis sitientissimum. Nam spectate à Pyrenæis saltibus, quib⁹ ille inter Ministros Calvinistas crudelis catulus altus est, adusque extremas Galliarum delas, & feræ bestiæ cruenta vestigia percurrere, nil nisi Christi ouilia effracta, præsepia rapta, templa disrupta, Pastores suos, agnos cætos, monachos & Sacerdotes miserè laniatos reperietis. Gemunt Vasconum agri, omnes ferè Christianas oues illo laniante, concidisse. Plorant Aquitanici montes, suas oras Catholicis cadaueribus infecisse. Lugent Pictonici valles, suos Melibæos egregios Pastores omnes confecisse. Nunc Turonensia fruteta, & Carno

^a Innocent. Episto. ad Concl. Chartag. 91. inter Epist. August. ^b Leo sermon. 2.

^c Bern. 2. de consid. 6.

Carnotensia pabulamenta, & Cœnomanensia arbusta, tanta vastatrice bellua plangunt, & funeribus cumulata perhorrescunt. Felix Lutetia quæ tam crudelem, & immanem bestiam, tuarum ouicularum visceribus tam ardentem inhiantem, detrudere potuisti. Nam cum te suo exercitu vndique vallasset, cum quinque mensium obsidione fatigasset, cum fame plusquam Saguntina confecisset, sic ille de te;

*Vrbem hodie causam belli (Regna ipsa Latini
Ni frantum accipere & victi parere fatentur)
Eruam, & aqua solo fumantia culmina ponam,
Hoc Caput, ô ciues, hæc belli causa nefandi.*

At, quid Deus, Regiæ vrbis & Christianissimæ tutor & vindex?

*O rerum fatique vices, qui mente profunda
Hauferat vrbis opes, qui nuper fœda parabat
Romanas ad supra nurus, desertus ab omni
Gente sua manibusque redit truncatus & armis.*

Claudia:
nus.

Sed de Borbonio satis. Nunc verò de vestro Valesio vulpinante quid censetis?

*Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cælumque exterrita fugit,
Aut tecto assuetus coluber succederet umbra,
Pestis acerba bouum, pecorique aspergere virus,
Fouit humum, cape saxa manu, cape robor a pastor,
Tollentemque iras & cerula colla tumentem Dissite.*

Et quæso quæ nocentior vipera Christi ouilibus arceri potuit, quàm nefandissim⁹ ille hypocrita, qui sub sterquilinio putidissima simulationis delitescens, in caupis Ecclesiæ agniculis suū virus aspersit, Francorum

Francorum caulas turpissimis moribus infecit, & ictu pessimo, gregis Christiani duces inaudita immanitate confecit: O Christianæ victimæ, Blesensi carnificio crudeliter cadentes, quacumque cœli parte feliciter degitis, afflictæ patriæ miseremini, solamini inopem, & eius recordamini, quem consilio, & armorum præsidio tantopere iuistis. Certè, si duo illi inuictissimi principes, tyranni insidiis non cecidissent, iamdudum Gebennensis scabiès præsepibus nostris abacta celsisset, & lupus ille Naarricus, tam superbe in Francorum aruis ferociens, Rupellanas specus, aut magna trepidatione repetiisset, aut mediis in campis magna bonorum omnium exultatione corruisset. Sed aliter visum superis: Nam ut ait Poëta,

*Turpibus insidiis, periurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis, lacrymisque coactis,
Quos neque Tidides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carina.*

Sed ad institutum nostræ disputationis redeamus, & de ignominiosa cinguli regij priuatione quæ sunt inchoata prosequamur. Nostri A.S. quibus conditionibus Christiani reges augurentur, nec tantum Franci, sed omnes quos Christianus populus excipit, & Ecclesia Catholica felici augurio percipit. Omnibus enim ea conditio imposta est, si magno iureiurando sponderint, **REMPUBLICAM CHRISTIANAM FIDEMQUE SALVAM FORE.** Ab hac enim conditione licet aspiciari, sub hac conditione, nec aliter, licet inaugurrari. Ex quo enim generi mortaliũ, veluti pulcherrimum donum, fides Christiana data est, omnes populi,

populi, omnes nationes, tanto, & tam superbo munere gloriantes, magno studio contendere, vt nulla vi, nulla arte, nobili & inæstimabili religionis dominio priuarentur. Et quoniã Regibus summũ Imperium est, plerumque cum summis vitiis, & summa bonarum rerum incuria coniunctum, ideo tali conditione iureiurando firmata, principum libidinem plerumque ad interitum Reip. ruentem coërcuerunt. Et sanè si mihi in puluere Iurisconsultorum de his conditionibus esset agendum, & coram nostris Vlpianis & Papinianis decertandum, conditiones institutionum repererem, & earum vim, & potentiam, potentibus verbis demonstrarem, præcipuè vbi sacramento firmantur, vbi iureiurando roborantur. Et quamuis à Prætore hæc iurisiurandi formula quodammodo remissa sit, tamen audacter cum Iurisconsulto Iuliano assererem, ^a *compelli hæredem facere id quod facturum se iurare iussus est.* At verò, quis nescit quàm ampla, quàm nobilis, & quàm gloriosa sit regum Francorum hæreditas? Talis certè, qualis amplior, & vberior, & illustrior, vix toto terrarum Orbe possit reperiri. Sed non aliter admittuntur qui ad hæreditatem vocantur, quàm si iureiurando promiserint Fidem Catholicam se tuituros, ^b & vi, & viribus defensuros: imò si fieri possit aucturos, & conditionem impleturos. Hoc sacramentum omnes præsci reges præstitere, hoc maiores nostri laudauere, hoc nepotes comprobauere, & tot annis, tot sæculis renouatum ratum habuere. Illaque conditio Francico iure non remissa sed admissa, & ab omnib⁹ nostris principibus magna Religione impleri promissa, tamdiu Remp. Frãcicam

^a L. Hæc scriptura. de Cond. & demõst.

^b Bertrandus cõtra P. de Curneriis.

farram

fartam rectam tenuit, donec impleta est. Sed an huic paruerint Henricus Valesius, & vester ille Borbonius, vos videritis. Nos certè qui primum vidimus Catholicos principes suo comitatu abigentem, Blesensibus comitiis Cardinales trucidantem, impios omnes Castellis præficietem, omnes Hæreticorum fæces suis secretis inferentem, ad extremum Hæreticum nefarium pro successore designatam, de eius mala fide & infesto in Remp. Christianam animo, dubitare nõ possumus. De secundo verò, quem vos (loquor de minus iniquis, nõ de his qui fætido ore & fætidiorè animo eũ Catholicũ mētiũtur.) Caluistiã, id est imputũ Hæreticũ non inficiamini, ideòque omnium bonatũ rerum profligatorem, quid est quod diutius ambigamus? Insurgant ergo patriæ leges, armentur iura Christiana gladio, quæ priorem, vt indignum, alterum vt incapacem feriant, & tam nobili, & quæstiosa hæreditate remoueant. Cingulo regalis militiæ ambo impij exauthorentur, sitque hæc nostrorum imperatorum, id est sanctissimorum Pontificum, sub quibus in fide militamus ignominiosa missionis formula: HENRICE VALESI, TVQVE HENRICE BORBONI, QVOD IN FRANCIA CONTRA FIDEM VESTRAM, CONTRAQVE REMP. CHRISTIANAM, ET CONTRA MORES MAIORVM, PERDVELLES CALVINISTAS IVVISTIS, RAPINASQVE ANIMARVM SANCTARVM, PER OMNIA FRANCICA MVNICIPIA FECISTIS, QVODQVE NOBIS, REIQVE PVBLICÆ INVILES EXIITISTIS, OB EAS RES IGNOMINIÆ CAUSA, AB EXERCITV CHRISTIANO VOS REMOVEO, HODIEQVE A FRANCICO SOLIO, ET SOLO, ABES-

SE, ET QVANTVM POTEST PROFICISCI IVBEO. Sed an illa exauthorandi potestas ad summum Pontificem pertineat aut dubitatis aut negatis? Et quæso, cur in rebus Fidei non pertineat? Cũ Resp. Christiana anima & corpore contineatur, & sit animæ in corpus summum imperium, omniſque potestas, ne corpori pro suo arbitrio liceat potare, amare, vagari, scortari, & suis libidinib⁹ obsequi? Præclarè certe ille, qui animam Abrahamo, id est excelso patri, corpus verò asinæ Abrahami comparabat. Nam ille, montem conscendit, altiora transcendit, cælum scandit, ad Deum tendit, Deo placere contendit. Hinc verò, imis montis radicibus inhærens, nil altum concipit, corpore in terram demisso gramina carpit, onera percipit, capistro ligatur, agitur, pellitur, & Domini seruitiis semper deputatur. Cogita Platoniam illam rhedam equis furentibus tractam, & à sapiente auriga moderatam, illamque Reip. Christianæ compara. *Sensus corporum* (inquit Hieronymus ^a) *quasi equi sunt, sine ratione currentes, anima* ^{a Hieron. aduersus Iouin.} *verò, in auriga modum retinet frana currentium: & quomodo equi absque rectore præcipientes ruunt, ita corpus siue ratione & imperio anima, in suum fertur interitum.* Sic est de Rep. Christiana A.S. Nam in ea, secularis potestas vice corporis fungitur, spiritualis verò, animæ imperiis comparatur. Hæc circa mundi feces, illa, circa cœli fæces & axes, siderumque alta spectacula versatur. Hæc aurigam, illa frænatos equos, hæc rationem, illa fallaces & fallentes sensus repræsentat. Si auriga calcitrosos equum habeat, nec fræno nec flagellis parentem, & rēditionis obnoxium,

obnoxium, curru abdicat, alium imponit, vendit, permutat, nec suis praesepibus diutius ali permittit. Si anima corpus nacta sit intemperie plenum, carnis ludibriis deditum, voluptatibus perditum, & vitiis profligatum, ieiunia indicit, vigiliis adsignat, orationes imperat, cilicium imponit, quibus cum aliqua membrorum iactura, immoderata luxuries conquiescat. Sic ubi terrenæ potestates suis affectibus cum Fidei incommodo seruiunt, Religioni officiant, damnis Remp. Christianam afficiunt, cur non à summo Pontifice, quasi ab Automedonte & auriga Christiani currus, fræno compescantur, flagellis incitentur, & ni pareant, curru omnibus modis admoueantur? Religio noster currus est, *Currus Israël* (inquit Propheta) & *auriga eius*, summus Pontifex. Porro, cum sacris Literis ouium Pastor Petrus nominetur, nonne officium est optimi Pastoris morbidas oves à sanioribus segregare, ferro putridas carnes refecare, & integra membra nondum tæbe contacta salubri adscissione liberare? Sic enim Poëta,

Non tamen vlla magis praesens fortuna laborum est,

Quam si quis ferro potuit rescindere summum

Vlceris os, alitur vitium, viuít que tegendo,

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor

Abnegat, & meliora Deus sedet omnia poscens.

b Theod.
ad Leoné
1.

Nos pusilli (inquit Theodoretus ^b Leoni primo,) *ad Apostolicam vestram sedem currimus, vt Ecclesiarum vlceribus medicinam capiamus.* At illa medicina, A. S. gladio ministrante praestatur, gladius verò, gladius Petri est, gladius acutus, gladius vlceribus pungeudis, figendis, aperiendis, & premendis, & infectis carnibus

carnibus abscindendis idoneus, & de cuius rubigine, ita P. Blesensis, ^b suis temporibus conculcatur. *Ab Allophytis arca capitur, à laicis Ecclesia conculcatur, tamen gladium Petri rubigo consumit, Christi sacramenta vilescunt, Malchus in Christum, Pharisaeus in Hieremiam, Baltasar in vasa Domini manus imponunt. In cultura dominica mesis, nec spina auellitur, nec tribulus extirpatur, nec verbum Domini seminatur.* Et quamam morbida oues Imperiis, quasi Christi ouilibus potius abigendæ sunt, quæ vlcera vindice ferro potius à summo Pastore excindenda, quàm Reges & Imperatores, aut Hæretici, aut Hæreticis fauentes, quorum pessimi mores magno impetu gregem inuadunt, caulas cadaueribus complent, & Christiana ouilia turpitate inficiunt, & conficiunt? Certè nihil æquius quàm pastori oues, rationi sensus, aurigæ equos, animæ corpus, cælo terram, & summis Pontificibus Imperatores & Reges in causis Fidei subiici. Et cur non subiiciantur? Cur Sceptris interdum à summo pontifice non disturbentur? cum non modò animæ, sed & corpora Apostolorum potestati, & diuino Imperio Deo authore ferienda tradita sint? Præcipuum Apostolorum munus in cura & animarum tutela versabatur. Non corporum affectionibus, non bonorum procuracionibus, non terrenarum rerum negotiationibus nobilissimi iustiores praeponebantur. Tamen ubi de contempta Fide & Apostolico ministerio vindicando quæstio incidit, tum Petrus in iras exurgens, Ananiam & Saphiram Spiritui Sancto mentientes, repentina morte trucidat: ^a Paulus Elimam ^b luminibus priuat, Hymenæum & Alexandrum ^c Sathanæ mancipat, & eorū

H

corpora

a Ag. 5.
b Ag. 13.
c 1. Ad
Thi.

corpora cruciatibus Dæmonum laceranda & discerpenda committit. Scimus tamen Pōtificum mūnera à principum secularium muneribus esse distincta. Legimus Amaziam Pontificem rebus cœli, Zabadiam rebus soli fuisse præfectos ^a. *Vterque gladius* (inquit Childebertus ^b Cœnomanensis) *in mēbris Christi est. Membrum Christi Rex, membrum Christi Sacerdos: nosti gladium Regis, nosti gladium Sacerdotis: gladius Regis cēsura curiæ, gladius Sacerdotis Ecclesiastica rigor disciplina.* Meminimus istius verbi Gelasij ad Anastasium, ^c *Nosti clementissime fili, quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus diuinarū deuotus colla submittis.* Quid distet Sacerdotium ab Imperio, quid à gladio Petri gladius Constantini, quibus interuallis, quot pedibus dissiugantur illæ conterminales arbores, non ignoramus. Sed cætera quæ mouentur, in rebus Fidei, primo mobili sua debent obsequia. Omnia sub Religione, & in causa Religionis moueātur necesse est. Illa est enim gloriosa & potens regina, cuius Imperio tellus superbit, & qua gubernante lata ceruice Mundus exurgens, omnis generis felicitatibus cumulatur. Quacunque cœli conuexitas vergit, meritò principatum obtinet, rectorix, parēnsque Orbis altera, quæ non nisi ab improbis despiciatur, nisi ab Epicuræis fastidiatur. Eam in Rep. esse non abnuimus, sed in Rep. esse vt in corpore anima constanter asseueramus. Si distracta societate anima à corpore discesserit, si diuortio facto res suas habuerit, quale futurum esse corpus existimamus? Non aliud certè, quàm exangue, frigidum, pallidum, scœtoribus obnoxium, vermium ebullitionibus, & fœturis

^a 2. Para. 19.
^b Childerberr. Can. Epist. 40.

^c Gelas. Ep. ad Anast. Epist.

fœturis stupendum, & aspectu miserandum. Sic est de Rep. à qua Religio impiorum conciliis abacta est. Ea enim hebescit, frigescit, torpescit, vitiiisque hinc & inde manatibus, non modò putidissimum reddit odorem, sed & aspicientibus vultum præbet mœstissimum, & prorsus lachrymabilem. Quod ab omnibus regibus & Imperatoribus tam piis, quàm nefariis, agnitum est & planè confessum. Sic enim Iustinianus, ^a *Nos omni prouidentia curam Ecclesiarum gerimus, per quas & imperium nostrum sustineri & publicas res per clementiam Dei ac gratiā muniri existimamus.* Sic ante Iustinianum Constantius, ^b *licet Arrianus, Gaudere & gloriari ex Fide semper volumus, scientes magis Religionibus quàm officiis & labore corporis & sudore nostrā Remp. contineri.* Sic post Constantium Theodosius, ^c *Inter ceteras sollicitudines quas amor publicus peruigili nobis cogitatione indixit, præcipuam Imperatoria maiestatis curam esse perspicimus, vera Religionis indaginem, cuius si cultum tenere potueris, iter prosperitatis humanis aperimus incœptis.* Sic quoq; Carolus Magnus, ^d *Placuit nobis vestram rogare solertiam (ait Episcopis) vt vigili cura & admonitione populū Dei per pascha vitæ æternæ ducere studeatis, vt qui nostro regno tantos contulit honores, sua protectione nos nostrūq; Regnum in æternum conseruare dignetur.* Hoc Græcia lamentabilis, hoc Hungaria lachrymabilis, hoc Fræcia miserabilis, magno Christianorum mœrore experiūtur. Cūque interdum sub Sathanæ principatū. Hæretica imperia prosperos cursus habere videantur, tamen inter ista falsæ felicitatis somnia, magnos & turpissimos regnorum lapsus cœcutientissimi homines non recognoscunt. *Beatum dixerunt populū cui hæc sunt:*

^a No. 42. de Episc. & cler.

^b Leg. in qualibet. de fac. Eccl. Cod. Theo.

^c No. Th. de Iudicis.

^d Car. Ma. in præfat. Capitu.

sunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius. ^a cùm igitur de Fidei discrimine agitur, de populi Christiani Religione controuertitur, cut summi Põtifices qui in arce Religionis quasi Imperatores positi sunt, Regum contumaciam, & aduersus Christum rebelantes animos, regni priuatione, solij deiectione, & Imperij abdicatione non confringãt? cur non conterant? cur non conculcent? Ita sane in rebus humanis statuendum est, si quid sit quod Religionis quasi primi mobilis, & rapidissimæ rotæ cursum impediatur, aut auellatur, aut expellatur, aut deturberetur necesse est. *Vox tonitrui tui in rota,* ^b (inquit scriptura) *& porta inferi non praualebunt aduersus eam.* ^c Sed vt ampliori Francorum testimonio omnia summo Pontifici in causa Religionis quasi duci parere doceamus, audiamus Bernardum ^d ita Christianè disserentem, & caput regium potestati Pontificiæ submittentem, *Ridiculum an miraculum* (ait Eugenio tertio) *homuncionem assumi presidendum principibus, imperandum Episcopis, & ad regna & imperia disponenda?* Quin, vtrumque gladiũ ad põtificem summum pertinere contendit. Nam ita ait: ^e *Vterq; gladius Ecclesiæ est, & spiritualis gladius & materialis: sed is pro Ecclesiæ, ille verò ab Ecclesiæ exerendus est: ille sacerdotis, is militis manu: sed sanè ad nutum sacerdotis & iussu Imperatoris.* Quod ideo dico, vt illud Lucani poëta intelligatis, *Arma tenenti, Omnia dat qui iusta negat.* Nam ab ista sententia licet in vno recedat Petrus Cluniacensis, ^f tamen in altero iustè consentit cùm ita ait, *Quamuis Ecclesiæ non habeat Imperatoris gladiũ, habet tamen super quoslibet minores, & super Imperatores imperium.* Quid verò Petrus Blesensis? *Ecclesiæ*

^a Pas. 143.

^b Psal. 76.

^c Mar. 16.

^d Ber. Ep. 23.

^e Ber. 4. de Conf. c. 3.

^f Clun. 6. Ep. 29.

^g Pet. Bles. Ep. 146.

clesiæ (inquit) *olim superborum & sublimium colla calcabat, legeq; Imperatoris sacros canones sequebantur, nũc verò ordine turbato, non dicant canones, sed canonum conditores prauis legib; arctãtur.* Quod & ^a Arnulphus Lexouienfis confirmat sermone habito in cõcilio Turonensi. ^b Sed Iuonem Carnotensem hac de re ad Henricum Anglorum Regem plenè scribentem audiamus. *non aliter* (inquit) *res omnes benè administrantur nisi cùm regnũ & sacerdotium in vnum conuenerunt studium. Celsitudinem vestram obsecrando monemus, quatenus in regno vobis commisso verbum Dei currere permittatis, & regnum terrenum cœlesti regno, quod Ecclesiæ commissum est, subditum esse debere semper cogitetis. Sicut enim sensus animalis subditus esse debet rationi, ita potestas terrena subdita esse debet Ecclesiastico regimini. Et quantum valet corpus, nisi regatur ab anima, tantum valet terrena potestas, nisi informetur & regatur Ecclesiastica disciplina. Et sicut pacatum est regnum corporis, cum iam non resistit caro spiritui, sic in pace possidetur regnũ mũdi, cùm iam resistere nõ molitur regno Dei. Hoc cogitãdo, seruũ, seruorũ Dei vos esse intelligite, non Dominum, protectorem, non possessorem. Vnam debere esse de cedris Libani quas plãtauit Dominus, in qua nidificent passerres, id est, sub cuius tutela quiete fructificent & conuersentur Christi pauperes, quorum orationes pro statu regni, & incolumitate vestra, quanto quietiores, tanto saniores, quanto saniores, tanto cõstat esse efficaciores. Hoc enim faciendo, & regnum terrenum quietè à Deo cooperante possidebitis, & ad regnum æternum eiusdem miseratione peruenietis. Valeant igitur brutæ rationes quibus summi Pontificis maiestatem nostri Politici cõuellunt. Valeat de auctoritate Principis illa Volusiana charta, infelicibus*

^a Arnulph. Lexo. cõcil. Tur. ^b Iuo. Ca. Epist. 51.

^a Belloy
de auth.
prinç.

^b Liber
Romuli
contra
Belloium
prollat.
^c Gelaf. ad
Fautum
2. qu. 3.

vstulanda lignis, qua diuina potestas seculari imperio subiicitur, & turris Babel in Francico solo ædificatur. ^a Abeât detestanda posteris insanientis Belloy folia, quibus secularium potestas & in diuinis & in humanis, contra omnia iura magnis médaciis adstruitur. Nos huiusmodi scriptores tam pagina quam moribus integros, ad agnatos & gentiles relegamus. Et quia suos abusus quos Molinæo suppilarunt, veluti leues paleas per aëra sæpe iactitant, nos furti manifesti actionem relinquētes, & ad Romulum ^b profligatorem remittentes, hoc Gelasij ^c responso Thrasonum istorum arrogantem ignorātiā retundimus: *Nobis opponunt canones, cum nesciant quid loquantur, contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedis sana rectaque suadenti parere diffugiunt.*

Nunc veniamus ad Concilium Lateranense, & quid de illa regum abdicatione decernat primis labris attingamus. Fuit olim istud nobile S. C. sub Innocentio tertio, in quo non modò totius Orbis confessus, sed & cōsensus celeberrimus habitus est. Nam in eo plus quam mille patres sententiam de Religione dixēre, omnes præclatis moribus præditi, verbo Dei, velut diuite penu instructi, omnibus disciplinis edocti, & ad Remp. Christianam iuuantam toto pectore animati. Huic additēre non modò Imperatores, Occidentis & Orientis, sed & reges oēs, imò Patriarchę omnes, & quotquot Christiana tellus principum in sacerdotio & imperio habuit. Quique aut valetudine distracti, aut rebus impediti, minime presentes esse potuerunt, aut per Legatos Senatusconsulto adfuerunt, aut patrum decreta

decreta subsignarunt, aut alio modo rata habuerūt. Quod in Francia Ludouico septimo domināte magna omnium Frācorum lætitia actum est. Iam verò, inter istas sanctiones, num vnus meministis, quæ prorsus aureis literis insculpēda, & omnium Christianorum animis infigenda est? **PRINCIPES HÆRETICVM SCELVS TERRIS ERADICANTO; ID; SE FACTVROS IVRANTO; SI NEGLEXERINT, ADMONEANTOR; NI PARVERINT, EXCOMMVNICANTOR; EXCOMMVNICATI, REGNIS EXAVTHORANTOR; EXAVTHORATIS, SVBDITI NE OBSEQVNTOR.** Hoc decreto, A. S. quid potētius, quid imperiosius: Orbis maiestas tūc temporis multis, itque gloriosis principibus sustinebatur. Ad nutum regū arma, & sub armis imperia mouebantur. Inter hæc tamen quis ille est cui tota Christiana & Catholica tellus obtēperat? summus Pōtifex. Quis inermis, qui tot militibus armatis imperat? Summus Pōtifex. Quis Occidentis, & Orientis imperatoribus legem dicit? Summus Pontifex. Quis regibus excommunicationem indicit? summus Pontifex. Quis regnorum abdicationem? summus Pontifex. Et vos, si superis placet, homines nihili, & inter mortales minimi pretij, quibus impietas pietatem sapit, quibus hæresis pro fide est, audeatis totius mundi testimoniis resistere, & de auctoritate summi Pontificis, & regum exauratione dubitare? Quam melior, quam religiosior vobis, Theodoricus ille Rex Arianus, qui cum ad Ioannē primum scriberet, & urbem Romam, & se suūque imperium summo Pontifici subiiceret ^b: Vos

^a Can. Ex.
cōmuni-
camus, de
hæret. Ca.
ad abolē-
dam.

^b Cass. 2.
Var. ad
Ioannem
Papatam.

speculatores (inquit) Christiano populo presidetis, vos patris nomine vniuersa diligitis. Securitas plebis ad vestram respicit famam, cui diuinitus est commissa custodia. Quapropter nos decet custodire aliqua, sed vos omnia. Passitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem, tamen nec ista potestis negligere, quæ corporis videntur substantiam continere. Nam sicut homo constat ex dualitate, ita boni patris est vtraque refouere. Sum quidem iudex Palatinus, sed vester non desinam esse discipulus. Nam tunc ista rectè gerimus, si à vestris regulis minimè discedamus. Et sanè omnes seculi principes meminisse debent se Ecclesiæ filios, non dominos, ^a & intra Ecclesiam esse, non supra. Sunt enim oues gregis Ecclesiæ, sunt magni Pastoris agnificuli: Christi gratia regnant, ^b Christi gratia imperant. Et quemadmodum filij, si quid acerbius in parentes moliantur, abdicantur paterna domo, & hereditate priuantur: Ita fastuosissimi, & insolentissimi principes, aut imperij tumoribus inflati, aut hæresis fermento elati, si quid superbi⁹ pro sua libidine cõtra Ecclesiã edicãt, exauthorantur, & solijs sceptrisque deiiciuntur.

Nunc vero summi Pontificis profcissionem attingamus, quem vos iniquè, & illiberaliter, imò turpiter, & impiè, tractastis, & excepistis. Nec enim tantùm pro summo Pontifice eum non agnouistis, sed & eius bullas plaudentibus vestris ministris lacerastis, & publicè vstulastis. Legatũ Apostolicũ ergò proficisci prohibuistis, Legatũ Apostolicũ p̄ vestra arrogãtia respuistis, iũsq; prehensionis in eum decreuistis. Hoc quale sit & quã à pia mente alienum, quis non videat, quis non excretur! Nos qui tot vestra facinora audiuius, toto corpore

^a Nicõla⁹
1. ad Mi-
chaelm
Imperat.
13. q. 8. ca.
cõuenior.
^b Gr. Na.
orat. 18. ad
po. trepi.

pore horruimus, doluimusque in hominibus Francis, nihil Francæ pietatis, in viris Christianis, nihil profus Christianæ Religionis reperiri. Puduuit vos à vobis, & à nullis præterquam vobis, Catholicos dici. Puduuit rem furtiuam, nomen videlicet Catholicum, quod nobis clam surripuistis, tanta temeritate velle vsucapere, cum nihil sit ab homine Catholico alienum magis, nihil minus gratum, quam in caput Ecclesiæ sæuire, summo Sacerdoti maledicere, & nõ modò virulētis, & amarulentis verbis, sed & factis insanientibus, & scriptis ferocientibus, tanta, & tam excellæ dignitati detrahere. Illudque ^a Cypr. lib. 1. Epist. 3.
priani verbum tum in mentem venit de Nouatianis Cornelium refutatibus, quod de vobis Gregorium decimum quartum verè pium pontificem explodentibus iure dici potest: *Non aliunde hæreses aut schismata nata sunt in Ecclesia, quàm quod sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex, vice Christi cogitatur.* (sic enim de summo pontifice Cornelio loquitur) *cui si secundum Magisteria diuina ei obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post coepiscoporum consensum iudicem se iam Episcopi sed Dei faceret, nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens, & tumens seorsim foris hæresim nouam conderet.* Nam vnde nostra calamitas, vnde Ecclesiæ damna, quàm à vestra arrogãtia? *Hac est illa sanguinaria meretrix, (inquit Blesensis ^b) qua de calice Babylonis aureo spiri- b. Bles. E-
tum vertiginis hominibus Turonēsisbus propinquat. Hac pilt. 3.
est illa Athalia qua ferè omne regiũ genus extirpauit.
hac est lepra cicatricis in vlcere: hac est bestia saltus qua:*

*exercitum Absalon deuorauit: Hac est arugo & tinea que omnem mentis ornatum deprauando consumit: Hac est turris in Siloa que suos adificatores contriuit. Hic est elephas in libro Machabeorum, qui Eleazar sua mole occidit. Hac est sicaria illa que in Pſychomachia Prudentij vnam de virginibus interfecit. Qui sanè locus vestram mirificè & effingit & perstringit arrogantiam. Sed vt vestræ delineationi alterum adhuc Cypriani ^a penicillum adhibeamus, audite quid de vobis alio loco fœlix ille martyr, & de vestris hæreticis ratiocinetur: *Hac sunt (inquit) Hæreticorum initia & ortus, atque conatus schismaticorum malè cogitantium, vt sibi placeant, vt præpositum summo timore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic cõtra pacem Christi & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur.* Et sanè, non modò Nouatianorum istorum, sed & omnium & Hæreticorum & schismaticorum quotquot fuère vnquam studia eò deuenire, vt omnibus modis Põtifices non de ponte quasi sexagenarios, sed de Põtificatu quasi nefarios deiicerent. Hinc Arrianorum sudores; hinc Donatistarum furores; hinc Lutheranorum & Caluinistarum errores, toto Orbe auditi, & condemnati. *Nihil interest illis (inquit Tertullianus ^b) licet diuersa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem (addo & ad vnius põtificis deturbationem) conspirent.* Vbi enim caput à mēbrorum compage reuellitur, vbi pastor ab ouium cura depellitur, facile est mortuo & exanguī corpori illudere, & ouili neglecto agnõs conficere, deglubere, & sanie & sanguine madentes caulas compleuisse. Sed rogo vos, quis furor, quæ insania, vobis Turonensibus & Catalaunensibus, id est*

^a Cypri. Epist. 9. lib. 3.

^b Tertul. de præscript.

huius mūdi quisquiliis, Gregorium decimum quartum non agnoscere, quem Orbis agnouerit, quem probauerit, quem laudauerit, & cui velle obsequi non verbo solū, sed ipso facto sit potestatus? Habet forsitan illa vestra sapientia quid arcani, quod reliqui mortales nullo tempore sint adepti.

*Solis nosse Deos, & cœli numina vobis
Et solis nescire datum.*

Inest Turonicæ cacologia, & Catalaunensi Battologia, nescio quid alti & reconditi spiritus, qui à reliquis terræ incolis non percipiatur, non tangatur. Num vobis veluti Donato Hæretico oranti Deus de cœlo respondit? ^a num Angelus ^b vobis apparuit, qui de reiiciendo Gregorio commonuit & adhortatus est? *Sed va vobis, filij desertores, (inquit Dominus) consilium habuistis, sed non ex me.* Itanè totam Ecclesiam contemnere; itanè vniuersos Catholicorum ordines negligere, itanè cœlo & terris oppedere, itanè desipere, furere, & ad rabiem vsque turbari, & agitari? Quid commouit optimus pontifex, quid perpetravit, quò tam acerbè illi? Sacerdotium profcinderetis, imperium detrectaretis, & Sanctissima mandata tanta & tam fastidiosa contumacia refutaretis? *O rabida ora, ^c dicebat Constantinus, de Hæreticis vestris sodalibus, ò diluuium ^d & cataclysmi, ^e Franci Orbis. ò Antichristi metatores! Certè hic vir sanctissimus, & Ecclesiæ vertice dignissimus, addo & omnium virtutum ornamentis cumulatus, paulò anequam spiritum redderet, imitatus est optimum Patrem familiars vita excedentem, testamentum conficientem, & de liberis meretricio amore*

^a Aug. 13. Tractat. in Joannem. ^b Aug. Ep. 165.

^c Opt. lib. 1. ^d Hier. lib. conc. Lucif. vocat Hilar. diaconū Deu calionem orbis. ^e Sic vocabantur Donatistę à Christianis Optatus lib. 2.

profligatis,

profligatis, & perditis ita magno mœrore scribentem: FILII MEI, CATALAVNENSES ET TVRONENSES, SI AD BONAM FRVGM REDIERINT, HEREDES SVNT, SED REDEVNTO CERNVNTO QVE HEREDITATEM MEAM INTRA XV. DIES, NI INTRA HOS DIES REDIERINT CREVERINT QVE, EXHEREDVNT OR. Monuit vos visceribus paternis optimus senex, à schismate respiscere, Hæreticos cœtus despiciere, & in amplexus suavissimæ matris Ecclesiæ quasi postlimimo redire. Pro tam pia, & tã dulci, & paterna prorsus adhortatione, an vos decuit excãdescere, bile inflari, felle perfundi, & pastorem Ecclesiæ orbisq; parentem tanta pernicacia respicere? Quid contra iura imperij, quid contra regni libertates quid contra Francæ Coronæ privilegia actum, quid in hac parte cogitatũ est? Nisi fortè imperij libertatem esse contenditis liberè cum Hæreticis scortari, potare, amare & animo obsequi. Certè pro ista vestra temeritate, lubet adhuc Cypriani gladio ad iecur vsque vos configere, & quod ille de Nouatianis, id de vobis Calvinistarum fautoribus, & Pontificum osoribus, & Gregorij decimi quarti explosoribus profiteri. Sed quid ait? *Quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quãdo in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctus, plebi suæ in Episcopatu probatus in quiete seruiens discipline. Cũ talis à quibusdam desperatis, & perditis, & extra Ecclesiam constitutis, impugnavi videtur, apparet quis impugnet. Caterũ, si exciderint à Fide (ait paulò post) Numquid eorum infidelitas Fidem euacuabit?*

Cypr. Epi.
55.

*euacuabit? absit. In extremis enim temporibus superbi & contumaces, & sacerdotum Dei hostes, aut de Ecclesia recedent, aut contra eam facient. Quod quã magnifice in vobis comprobatum sit quis non videt? Sed quid addit? An ad hoc deponenda est Catholica Ecclesia dignitas, & plebis intus posita fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque authoritas, ac potestas, vt iudicare velle se dicant de Ecclesia proposito, extra Ecclesiam positi, de Christiano heretici, de sano saucij, de integro vulnerati, de stante lapsi, de Iudice rei, de sacerdote sacrilegi? Sed quia vobis Iurifconsultis vox vnus licet dignitate præfulgentis in iudicio statuendo non exauditur, placet cum hoc purpurato martyre & Africano Theologo, confesso egre gium diuum Bernardum a natione Francum, & oratione verè Catholicum, adiungere, & quod in eos torquet qui Innocentium tertium nõ probabant, hoc in vestrum caput magna vi, & magno impetu retorquere. Quid ergo ille? *Quidam (ait) videntur fœdus percussisse cum morte, & cum inferno fecisse pactum. Ecce namque Innocentius pontifex (dic Gregorius) positus est in ruinam & resurrectionem multorum. Nam qui Dei sunt, libenter iunguntur ei: qui autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus. Velit, nolit, peccator qui videt, & irascitur, magnificatur in conspectu Regum, portans Coronam gloriæ. Numquid omnes principes cognouerunt, quia est verè Dei electus? Francorum, Anglorum, & postremo Romanorum Rex Innocentium in Papam suscipiunt, & recognoscunt Episcopum animarum suarum. Solus adhuc ignorat Achitofel suum iam patefactum & dissipatum consilium, frustra molitur miser suum supra populum Dei malignare consilium, & cogitare aduersus Sanctos, Sancto firmissimè adherentes,**

Cypr. E.
p. 55.

Bernardus Epist.
124.

a Bernard.
Epist. 126.

adherentes, & contemuentes curuare genu ante Baal. Hęc contra vos, licet non de vobis, sed de vestri similibus conqueratur. Sed rogo vos, an putatis omittenda quę de eadem re scribit ad Aquitanenses Episcopos? Certę quod dicit de Gerardo, id vestris Episcopis vobisque ingerimus, & pro Gregorio, tam nobilem testem aduocamus. a Vniuersitas (inquit) & vnanimitas fratrum tam clericorum quàm monachorum, regularis vitę, probataque conuersationis, sequentes Episcopos, quasi gregis Pastores, Innocentio firmiter adherent, sincerę fauent, humiliter parent, verũ Apostolorum successorem fideles recognoscunt. Quid Reges & Principes terra? Nõne in eodem spiritu vna cum subiectis sibi plebibus, Innocentij partes amplectuntur, confitentes & ipsi Papam, & Episcopum animarum suarum? Quis postremo in quocunque vitę ordine illustris, & boni nominis homo, id ipsum non sapit? Et tamen isti, nescio qua importunitate, & importuna contentione reclamant, vocant in causam Orbem, & cum sua paucitate Vniuersitatem flagitant iudicari. Atque hęc sunt, quę Religiosissimus Abbas ante horrendum Christi tribunal vobis irreligiosis, & pseudo Francis, est aliquando exprobraturus. Qui si viueret, õ Deus bone, quàm miraretur esse homines ex Franca nobilitate, & ex Franca toga, qui se Catholicos, se Francos vociferantur, qui tamen cum Hæreticis insaniant, eorum factionibus deseruiunt, & Bezanis lupanaribus male olentibus nobilissimi Catholici permiscuntur. At non ita Hieronymus Ecclesię columnen, qui toto Oriente Arrianorum turbis & tubis in factiones erumpente, vbi vidisset armatos Episcoporum cuneos funem in diuersa trahere, mutuisque odiis profide

fide digladiari, ad Apostolicam sedem quasi ad tutissimum portum confugit, & vt esset posteris, vobisque exemplum memorabile, his verbis ad Pontificem Damasum a ita se recepit. Quoniam vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam & desuper contextam minutatim per frustra discerpit, & Christi vineam exterminat vulpes, vt inter lacus contritos qui aquam non habent, difficile vbi fons signatus & hortus ille conclusus sit possit intelligi, ideo mihi Cathedram Petri & Fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nunc anima mea postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Egregię certę & Christianę admodum. At vos, õ boni Christiani, ad quem turbidis hisce & procellosis temporibus confugistis? Lubet enim istud à vobis sciscitari. An ad cathedram scientię? Non; sed ad cathedram pestilentię. An ad Christum? non; sed ad Antichristum; an ad Petrum? non; sed ad Sathanã, an ad Petri successorem? non sed ad Christi percussorem. Et tamen vos Christianos, vos Catholicos nuncupatis? non pudetis, non erubescitis? Sed tanti viri de Ecclesiã Romana quã vos odistis, testimoniũ reliquũ persequamur. Quid ergo ille? Neque verò, inquit, tãta vastitas elemēti liquētis, & interiacēs longitudo terrarum me à pretiosa Margarita potuit inquisitione prohibere. Vbi cūque fuerit corpus, illic congregabūtur aquilę. Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrũ seruetur hereditas. Ibi cespitę terra facundia dominici seminis puritatem cetero fructu refert. Hic obruta sulcis frumēta in lolium auenãque degenerant. Nunc in Occidente Sol Iustitię oritur: in Oriente autem Lucifer ille qui ceciderat supra sidera posuit Thronum, suum. Vos estis lux Mundi.

a Hier. ep.
57. ad Da-
masum.

vos sal terra: vos aurea vasa & argentea: Hic testacea vasa vel lignea, virgam ferream & aeternum operiuntur incendium. August. quid de summo Pontifice sentiat, & quàm in laudando Petri successore nobiscum bene consentiat? An vos qui eum repudiastis, qui eius decreta flammis tradidistis, qui Legatum Apostolicum respuestis, in fide & Religione cum Hieronymo cõuenistis? Sed reliqua audiamus: est enim scelus tam pulchra sedis Apostolicæ elogia vestros errores demonstrantia relinquere. *Quamquam igitur* (inquit) *tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A Sacerdote victimam salutis, à Pastore presidium ouis flagito, Faceffat inuidia, Romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor, Ego nullum primum nisi Christum sequens, Ecclesia Dei, id est, cathedræ Sancti Petri consocior: in hac adificatam Ecclesiam scio: quisquis extra hæc domum agnum non comedit, prophanus est. Si quis in arca non fuerit, peribit regnante diluuiio.* Videte quæso quàm diuersæ distractæque sint à tanto viro vestræ sententiæ. Hic Petri successorem laudat, vos culpatis; ad eum confugit, vos aufugitis: sanctæ Sedi iūgitur, vos refugitis; cum Hæreticis nullam salutem putat, vos pernegatis; & non modò pernegatis, sed & sordido consortio contrariam sententiam adprobatis. Hoc si non est desipere, si nõ est furere, nescio quid Anticyra, quid Helleboro sanari possit. Hæc autem cõsultò vobis ingessimus, vt in summo Põtifice defendendo largius, sapientiæ poculum largè infanientibus, non ex nobis, sed ex purioribus Christianæ Fidei laticibus propinarem; & vos nec Catholicos esse, nec verè Fracos, ex Francorù & Catholicorum scriptis probaremus,

baremus. Sed audio quid de theatris ve stri Pantomimi, imò quid de pulpitis vestri Albigēses Philippici proclament. Aiunt Gregoriū ab Hispanis Cardinalibus creatū, Hispanicę factioni totū mancipatū, Regis Hispaniæ gratia sua fulmina torfisse, eius nomine suas bullas emisisse. At hoc si non est Caluisticū cõmentum, aut si non est Turonense aut Catalaunense figmentū, nescio quid mendacius fingi, aut quid possit impudentius cõminisci. Et quomodo hæc sciunt vestri moriones qui tum Turonis, nõ Romę, liberis lustris studentes, & vt ait Poëta, inter meretriculas lingua procaces, manu rapaces, corde fallaces, corpore gracili, femore facili, capite agili, de scæderibus nostris Christianis procaciter, vt ita dicam, loquacitantes, omnibus tū obicænitatis generibus mergebantur? Quis Genius Hispani Regis animū, qui principis cogitationes etiam secretiores detexit, vt quidquid Iunoni in aurè Iupiter cecinerit, id se statim scire profiteatur? Putatne isti Genebësis lenę catuli, omnes Cardinales Hispaniæ Regi fuisse deditos & pro more Gebennësiū ministellorū, qui meretricio more proflāt, nostros Ecclesię principes totius orbis & Religionis felicitatem turpi & pudèda licitatione addixisse? An ignorant Electioni Gregorij Regem Hispaniæ tum in extremis regni finibus degentem, non adfuisse, electione nesciuisse & si adfuisset, si sciuisset, Cardinales Francos, Germanos, Polonos, Italos, & cæterarū nationum, electioni præfuisse, quorum libera suffragia, non Hispana potentia sed Christiana licentia, non venalitate sed libertate, non auro, sed aura spiritus sancti, proderetur? Quòd si in eligèdo Pontifice, tanta fuit

(sed sanè nulla fuit Regis Hispaniæ authoritas, cur Mediolanensem, non Hispalensem, cur Italum non Hispanum, cur extraneum non suum, ad totius Orbis hereditatē vocabant? Et cur turpissimi aretalogi & circulatores, & Mimographi Turonenses, Caluini sponsonibus Christiani facti, & Genebensi tonstrina instructi & educati, qui se falsò Catholicos profitentur, ita de Ecclesiæ Catholicæ principibus sentiunt, cur ita iudicant, nisi quod suæ rebellioni nulla nō velamina quæritant, & in propatulo & linguam & conscientiam & pudicitiam habentes, nil non auro vendendū & emendū & mercandum putant? Itane de sūmo Pōtifice, itane de Cardinalibus itane de Regibus Christiani Orbis moderatoribus homines Christianos vnquam iudicasse? Vbi est omnium Græcorum & Latinorum erga sedem Romanam beneuolentia? vbi erga summū Pontificem omnium Catholicorū obseruantia? vbi nostrorum Francorum obsequium, vt vulpeculæ Gebenneses & Turonenses talpæ & Catalaunenses vespæ, imò sathanæ & omnium schismaticorū & Hæreticorum infecta, contra Christianorum instituta, cōtra bonos mores, tanta mordacitate, tantis aculeis, tantis mendaciis, sedē Apostolicam lacerent, insequantur, insectentur & conuulnerent, & tot prodigiosis fabulis aduersus eam mentiantur? Sed fingamus Hispanorum factionibus ad Pontificatum fuisse perductum, vnde colligunt Hispanorum commodis suas bullas emisisse, & quidquid egerit, Regis Philippi gratia egiisse, & nihil aliud suis oculis præposuisse? Qui hos monuit, & tantū monuit ab Hæreticorum contiginatione & contagione recedere; an Regis Hispaniæ gratiā

gratia monuisse putāus est? Quid hīc Regi Hispaniæ metitur, quid feritur, si ab Hæreticis ad nostras partes redeant, si nō amplius insaniant, si salubri repudio impura cubilia Calvinistarum relinquunt? Quin potius creditis, ò homines perditissimi, vestra gratia hæc fecisse, Christiani Orbis parentem, qui propter mores Christianissimos, & propter singularem eruditionē, omnium Christianorū pater electus, vos verè Christianos, nō schismaticos, vos Catholicos, non Calvinistarum a symbolos, vos obsequentes, non rebelles existimans, orabat, monebat, precabatur, hortabatur Hæretica pice non inquinari, Bezana immundicia non contaminari, & à vorticibus & voraginibus impietatis, Ecclesiæ litoribus appellere, puppim fundare, nec tot naufragiis & velifragiis diutiùs periclitari? At vos, ò boni Christiani, quid fecistis, quid commisitistis? Nō modò pastorem animarum vestrarum, Ecclesiæ principem, Petri successorem, Christi Vicarium, & amicum monitorem, despexistis, sed procacitatē sūma summis maledictis incessistis, Ecclesiæ matris viscera rupistis & distracto ventre vestrā nequitia magnis angoribus in auras produxistis. Sed neq; Gregorius de Frāco imperio in prædam dando, vt vos somnatis, neque Rex Hispaniæ de eo inuadendo, neq; nos (scio de quibus loquor) de eo in regē agnoscendo, vnquā cogitauimus. Sciebat satis doctissimus Pōtifex, & in rebus publicis optimè versatus, quāti momenti esset in Rep. Christiana Christiani Orbis diuersas variasque prouincias diuersis principibus subiici, nec pro vni⁹ voto & animi libidine oīa occupari & gubernari. At Rex Hispaniæ tot Regnis adauetus, tot

prouinciis ditatus, & non modò in Europa, sed & in Africa & vtriusque Indiæ remotissimis partibus tã præclaris possessionibus ornatus, vobisq; & hæreticis licet ad eò reluctans, tamen à Deo potèntissimè cumularus, luisne tam gloriosis titulis hoc dedecus infligi pateretur, vt Frãci & Christiani imperij miserè ob Christianam fidem ab Hæreticis afflicti, non modò vulneribus nò mederetur, sed malæ fidei possessor & violentus prædo haberetur? O quã detestanda erit posteris eorù cupiditas ab Hispano rege longè aliena, quàm abominanda nepotibus ambitio, qui cum se Christianos nuncupent & Christianis nostris regibus imperantibus mutire, aut hiscere non auderent, nunc Imperio pro Religione afflictò, & Hæreticorum turbinibus attonito, quasi mortuo Leoni lepores insurgût, barbã velunt, prædas agût, vrbes inuadunt, Francos spoliât tantùmque abest vt Remp. Christianam prostratam & iacentem erigant, vt etiã pedibus conculcare & terere videantur. At intelligite istud Poëtæ veteris, ô vos alieni Regni peculatores,

— *Veniet nostris ex ossibus ultor.*

Certè optimus Hispaniarù Rex in hac rerum perturbatione præstitit quod optimum regè, quod bonum vicinũ, quod affinem gratum, quod Catholicũ principem, quod inuictissimũ Christi athletam, quod heroẽ summũ præstare oportuit. Et quia reminiscebatur Childebertos, Carolomagnos, & alios Frãcæ Reip. principes, Hæreticorù sordes Hispaniæ finibus abegisse, Gothos prostrasse, confecisse, & æterno dedecore cõpunxisse, idcirco non vanã spe ambitionis, nò imagine Religionis vt nugamini sed

sed gloria Fidei protectionis, & Catholicæ defensionis, & vestigio paternæ deuotionis, magnis viribus insurrexit, Francis auxilia porrexit, Lutetiam & Rothomagum protexit, detexitque veteris ^{a Paneg.} Panegyrici vetus verbum esse verissimum, ^{Pacati.} Hispaniam optimorù principum matrem; hanc fortissimos duces, hanc patientissimos milites, hanc illustrissimos imperatores Traianos, Adrianos & Theodosios (addo & Christianissimos Reges) genuisse Quod ideò scribo, vt

— *Vobis rumpantur ilia Codris.*

Et vt more Iudæ proditoris medijs crepâtes intelligatis nihil esse in rerù natura vobis putidius, nihil abiectius, qui omnes Christianos principes ipsũque summũ Pontificem omnibus conuiciis afficitis, & Hæreticum insanum, Franci soli conuerritorè, Frãcæ Fidei complanatorè, Frãcæ maiestatis conuassatorè, vitiis & flagitiis fœtentem, vos fœtidi adulatores nobis commendatis, & ter magnũ, & Christianissimũ, & Augustissimũ, & clementissimũ, horrendo mædacio vestris frigidis Philippicis proclamatis. Sed de nobis quid expectatis? Certè si de nostris cum Hispano Rege negotiis, non ante vos, sed ante Christianos iudices nobis dicendum esset, ita paucis verbis differeremus: Frãci sumus (Iudices) Franca libertate imbuti, Francis moribus instructi, & quod pretiosius est Franca Religione Christiana & Catholica alti & educati: In ea creuimus, in ea adoleuimus, in ea senuimus, & pro ea conseruanda Christo tingete, & sacerdotis manũ inungete magno Sacramento datis obsidibus nos obstrinximus. Hæc parentes nostri, hanc maiores, hanc omnes regni ordines, hæc omnes nostri Reges, ab hinc mille

& centū annis tenuēre, nec alia sacra quā Christiana, aut alias aras quā Catholicas habuēre: Hæretica idolothyta, schismatica thymiamata semper despexēre, semper respuēre & conspuēre. Sic amplissimū nomen inter exteros, sic inter suos, & à suis incredibilē amorem & summam regni tranquillitatē sunt consequuti. Nos verò (Iudices) cum à Franca ignobilitate, ô scelus! & Turonica vilitate, proh dolor! & à Catalaunensi improbitate, ô dedecus! videremus Francam Religionem regno deturbari, pro Christiano Rege Hæreticum cadaver nobis imponi, ministellos pro Episcopis, gladiatores pro Sacerdotibus, mirmillones pro Parochis nobis obiiici, & omnia môstra Gebennēsis Africæ minitātibus & rutilātibus gladiis nobis obtrudi, iaque euocatis Germanorū & Anglorū hæreticorū & omnium impiorum copiis, Catholica templa subruī, Christiana oppida conflagrari, virgines Deo dicatas cōstuprari, sacerdotes iugulari, monachos Turōnensibus carnificinis in partes raptari, & Fidei vestigiā funditus obliterari; tum sane ad Apostolicam sedē confugimus, Patrē Christiani Orbis summum Pōtificem inuocauimus, obsecrauimus, ipsūmq; Catholicum Hispaniarū principem nostro Regno cōterminum, nostrorum regum affiné, nostrę Religionis propugnatorē, sumus obtestati, Reip. Christiana succurreret, deficiēti ne deficeret, & quēamodū in Fidei pernitiē omniū Hæreticorū fœda spurcitiis aduolarat, ira nos Hispanorum Catholicorū acies tueretur, & ab impietate iā superbiente & nostris ceruicibus iam imminente, vindicaret. Hoc si scelus est, si crimen est, videte Iudices, & perpendite.

Sed

Sed ita de nobis existimate, nullis præterquā Francis Principibus, iisque Catholicis, non hæreticis, non hæreticorum sectatoribus, sed hæreticorū osoribus, Regni ornāmēta vouisse, dedicasse, cōsecrasse, extraneos nūquam agnouisse, & qui aliter fecerint, desipuisse, æternisq; odiis, & cruentis gladiis, bellique civilibus perpetuis nostrū imperium addixisse. Quòd si Catholici principes deficiant, & hæretico fœdere oēs labefactētur, hoc de nobis statuite, hoc attēdite, omnes intrepidē, cōstātē & fortiter potius ac piē morituros, solūmq; Francum cadentes osculatueros, & Hispanos, Scythas & remotissimos Indos ad Imperiū, prius euocatueros, quā hæreticorum horrendis portentis, & semper æternūque refutandis monstris subiiciamur. Sed de his satis. Nā de vestris abusus fictitiis, quibus & indoctē & turpiter & iniquē abutimini, dabitur aliàs disputandi locus.

Nunc de bullarum laceratione & irreligioso incendio paucis differamus. Fuit sanē omnibus Christianis, ac præcipuē nostris Francis, erga sedē Romanam magna reuerentia. Fuit erga Pontifices sumos ^a obseruantia summa, cum summo amore coniuncta. Tanta fuit religiosissimę Cathedrę & in Fide nunquam errantis authoritas, vt quidquid ab ea parte veniret non modò magnificeret à plebe, sed & potentissimis regibus & imperatoribus plurimum æstimaretur. Hoc eulogiarum missio ^c hoc vexillorum sanctificatio, ^d hoc Rosarum benedictio, ^e hoc clauium donatio, ^f hoc ensis consecratio, ^g satis ostendunt. Et cum à Leone tertio Carolus Magnus imperator Agnum Dei accepisset, inquit Frusius. ^h

^a Aureus ensis, pileus munimen in hostes. ^b Andreas Fruf. carmine Latino de

^a Ignatius
epist. 14.
ad Romanos Tert.
de præscript.
Maximus
serm. 5. de
Natali
sacrorum
Apost.
^b Hier. 57.
ep. Ambrosius
ep. 81.
^c Alcuinus
de diuinis
officiis.
Domini
ca in albis,
datur certa
benedicta
contra
fulgura &
toritura,
sunt nostri
Agni
Dei. Nouidius
l. 3.
^d Ammonius
Monachus.
cap. 4. lib.
16.
^e Nouidius
Aureus
Pontificis
fertur ab
ade Rosi.
lib. 3. Mal.
in Innoc.
4.
^f Gregor.
ep. 126. li.
7.
^g Nouidius
li. 12.
Agno Dei.

*Carolus hoc magnus magna pietate recepit,
Theſaurum vt reputans cœlitus eſſe datum.*

Quod in mandatis & literis Apoſtolicis maximè locum habuiſſe quis niſi inſcius & inſipidus & inſanus & helleboro fanandus vnquam pernegabit? Pulcheria Auguſta verè imperio digna mulier, cum ad Leonem primum ſcriberet, ſic eum magna reuerentia alloquebatur: *Literas tua beatitudinis cum omni omnem Episcopum decenti veneratione ſuſcepi.* ^a Et idem Pontifex cum ad Imperatorem ^b Martianum ſcriberet, ſuas literas ab eo magna benevolentia ſuſceptas, his verbis ſignificat & teſtatur, *Quia verò ſuggeſtiones meas pro tranquillitate Catholica Fidei libetè ſuſcepiftis.* Et fanè ſi in rebus minus ſerus tâta erat Pontificiarum literarum & tam veneranda etiam apud Imperatores authoritas, quid putatis in cauſa Religionis ac Fidei & dignitatis & ponderis habuiſſe? Sacri enim Romanorum Pontificum affatus etiam à tempore naſcentis Eccleſiæ pro ſummis oraculis habebantur. Si de Religione contentio, ſi de Fide concertatio haberetur, ſi variis opinionum procellis Catholica cymba iactaretur: tunc ad Apoſtolicas literas, & ad ſedem Petri, tanquam ad tutiſſimum portum, ex toto terrarum Orbe nauigabatur. Quod & Tertullianus ^c & Cyprianus ſatis docuere. Sed quia de Pulcheria ^d iam mentionem fecimus, audiamus illam in cauſa Fidei, quantum literis Apoſtolicis deferretur: ita Chriſtianè diſſerentem: *Epiftola Catholica Fidei quam ad ſanctæ memoriæ Flavianum Episcopum tua beatitudo direxit ſine aliqua dilatione ſubſcripſit.* Quin Iuſtinianus ^e Imperator vltro Ioannis ſecundi literas expoſcit, vt quid ſentiendū ſit in Fide

contra

contra Neſtorij impietatem à nemine dubitetur. *Petimus* (inquit) *veſtrum paternum affectum vt veſtras ad nos deſtinetis literas, & ad ſanctiſſimum huius alme vrbis Patriarcham, fratrem veſtrum, vt eorū qui auſi ſint Fidem rectam denegare, perſidiam cõdemnent.* Hoc idem Martianus ^a Imperator à Leone primo poſtulat, dum ait, *Super eſt vt ſi placuerit tua beatitudini in has partes aduenire, & ſynodum celebrare, hoc ipſum tuis literis tua ſanctitas manifeſtet, & qua Catholica Fidei profunt, ſicut tua ſanctitas ſecundū Eccleſiaſticas regulas deſiniuit, ſua diſpoſitione declarent.* Sed non ſolum Imperatores, verum etiam totus Orbis qui Chalcedone contra Dioſcorum ſedebat, mandata & iudicia poſcit Apoſtolica, quò Hæretici viri impietas damnaretur: *Rogamus* (inquiunt ^b) *tuis decretis noſtrum honores iudicium.* Sed hæc de exteris. at de Gallis & de Francis quid dicemus? quam ſæpe huiusmodi literas & quàm frequenter mandata Apoſtolica poſtularunt, quo ſchismatici, vt vos, & Hæretici, vt veſtri cõpotores, ceterique nefarii, potenti exterminio terris deleerentur, & Sathanæ ludibriis manciparentur, *Exultauimus* (inquiunt Galliæ Episcopi ad Leonem 1.) *lectis beatitudinis tuae literis, & omnes intra Gallias cõſtituros, exultare ſecimus, dolentes pro his, qui Eccleſiæ lumine relicto in errorum tenebris inciderunt. Flexit genibus* (dicebat Iuo Carnotensis ^c) *paternitati veſtræ ſupplico, vt ſententiam anathematis iuſtè in eum factâ, authoritate Apoſtolica confirmetis, & Archiepiſcopo Senonenſi, Episcopo Aurelianenſi, Episcopo etiã Pariſienſi, vt idem anathema faciant, veſtra authoritate Apoſtolica iniungatis.* Quid verò Clareuallensis abbas? ^d *Tempus eſt, vt veſtrum cognoscatis, pater amantiffime, principatū, probetis zelum, miniſterium*

I 5 hono

^a Leo ep.
^b Secundò
romo C6.
cil. Syn.
Cal.

^c Tert. cõ.
tr. Praxæ.
Cyp. li. 4.
epiſt. 8.
^d Pulche-
riæ ad Leo-
nem 2. 10.
Concil.
^e L. Inter-
claras. De
fac. Tr.
Tertu. cõ.
tra Pra-
xam.

^a Martia-
n⁹ ad Leo-
nem 1.
Tom. 1.
Concil.

^b Relatio-
ne Synodi
Calced. 2.
Tom. Con-
cil.

Tom. 1.
Concil.

^c Iuo Epi-
71.

^d Bern. Ep.
109.

honoretis. In eo planè Petri impletis vicè, cuius tenetis & sedem, si vestra auctoritate conteritis Fidei corruptores. Habemus in Francia nouum de veteri Magistro Theologù, qui ab ineunte etate in Dialectica lusit, nunc verò in scripturis sanctis insanit. Hæc cõtra veltros contesserarios Hæreticos: At contra vos id est, schismaticos, quid ille; ^a Suscitauit Deus furorem Schismaticorum, in tuo tempore vt tuo opere contererentur. Capite (pater amantissime) vulpeculas, quamquam non iam paruulæ aut pauculæ, sed grãdiusculæ & multæ sint, nec nisi in manu forti vel à vobis exterminabuntur: At Rothaldus Suefisionensis quid narrat? ^b Neque enim Sancte Pater (ait Nicolao primo) tua mandata per Apostolicas Epistolas, debita reuerentia, morèque solemnè (quod notabitis) sine auditu congruo, fuerunt obseruata, restat vt ipsi de me secundum sapientiam cœlitus vobis datam misericorditer quod cœpistis perficiatis, nec se iactent temeratores propter meam paruitatem, seu indignitatem, Apostolica iura, & canonica praualuisse infirmare statuta. Sed his statutis Francos obediuisse quis ignorat? Cupimus (ait Bernardus Innocètio 3. ^c) per omnia vestris obedire, mandatis. Et cum ^d Iuo scribit ad Paschalem, Paschali, inquit, summo pontifici, Iuo humilissimus Ecclesie Carnotensis minister, debitum cum omni subiectione famulatum. At Petrus Cluniacensis, quid Lucio Papæ: ^e Vniuersali, inquit, Pontifici, & nostro proprio patri, Domino Papæ Lucio, frater Petrus Cluniacensis Abbas fidelem cum sincero amore obedientiam. Quod & Childebertus Turonensis, ^f suis Epistolis imitatur, cū ait, Honorio quinto patri suo, summoque pontifici sanctissima Romana Ecclesie, Childebertus humilis Turonum minister, integrè custodiam obedientie. Sed hanc obedientiã ab Ecclesiasticis forsan, non à laicis prestitam excipietis

^a Bern.
179. Epist.

^b Rothal.
Epist. ad
Nicolao. 1.
9. Epist.

^c Bern. Ep.
6. Iuo. Ep.
181.

^e Pet. Clu.
Ep. 21. li. 5.

^f Childeb.
Epist. ad
Honorii
Papam.

excipietis. Audiamus ergo de laicis, iisque principibus, sed ab Ecclesiasticorum scriptis, per omnes Regum nostrorum familias, nobile & regale testimonium Gregorius magnus, ^a Theodoricum Regem commendat quod eius præceptis & exhortationibus sit obsequutus. Et quoniam (inquit) adhortationem ad eum regis animis vestris, per laudis prædicamenta placuisse signastis, vt quidquid ad Dei nostrum cultum, quidquid ad Ecclesiarum reuerentiam, quidquid ad honorem pertinere cognoscitis sacerdotum, & studiosè statui, & velitis in omnibus custodiri, iteratò vos pro magna vestra mercede pulsamus. Quid ad Brunichildam ^d Francie Reginã? Qualiter adhortationem nostram excellètia vestra amplexa sit, quantaque eam deuotione gestiat adimplere, scriptorū vestrorum emissa dudū pagina testis est. Hæc de Clodouingis: At de Carolouingis quid expectatis? Obseruanda est (ait Carolus magnus ^e) cum mansuetudine humilitas, & licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feremus, & pia deuotione tolleremus. Et quid amplius? Cū vos (inquit Nicolaus primus ^d Carolo caluo) tanta humilitate tantaque deuotionis incuruatione, sub potenti manu Dei ad reuerentiam Sanctorū præcipuorū Apostolorū flecti conspiciamus. Sed quid idè Pontifex ad Irminutram Reginã; ^e De exaudiendo vel nõ ex audiendo filio nostro Carolo coniuge vestro per Guidonem venerabilem idoneam vt remur vobis missimus ratione. Verùm nos, quidquid illi admonendò, vel hortandò, vel etiam increpandò, mittimus ad eius, & dilectorū illius salutè, atque ad Regni eius incolumitatem proficere non dubitauimus. Sub Capeuingis, qualè & quantū testimonium habemus? Audiam ^g Bernardū, ^f de Ludouico iuniore in Ecclesiam

^a Greg. 9
epist. 13.

^b Lib. 7.
epist. 57.

^c Can. In
memoria
19. dist.

^d Nico.
Epist. 7.

^e Nico. 1.
Epist. 8.

^f Bern. ep.
150.

liam infaniente, & mox summi Pontificis animad-
 uersionibus magno pauore caput flectente: *Non (in-
 quit) in summis tumultibus armata plebis, nec effrenè fu-
 rentium atque obsrepentium vesania monachorum, nec
 quod his fortius fuit corpus mammonæ cedendum putauit,
 vel ad modicum, Apostolica celsitudo. Nunquid regia indi-
 gnatio prohibere potuit spiritum libertatis accensum atque
 accinctum aduersus carnem & sanguinem? Rex quidem
 turbatus est, sed non omnis Hierosolyma cum illo. Magi au-
 tem mitigauit omnem iram suam & ipse tandem erubuit.
 Siquidem & timuit frustra armari aduersus Dominum &
 aduersus Christum eius. Sed audiamus de Philippo
 Iuonis Carnotensis ^a testimonium. Notum facimus pa-
 ternitati vestra, quod tertio Calendas Augusti plures Episcopi
 tam Rhemensis, quam Senonensis prouincie, inuitati
 à Domino Richardo Albanensi Episcopo, Legato vestro, con-
 uenimus in quoddam municipium Aurelianensis Episcopa-
 tus, nomine Bulgentiacum, ad faciendam absolutionem Re-
 gis secundum tenorem literarum, quas super hac re mise-
 rat moderatio vestra. Conuenit etiam Rex & lateralis sua,
 & secundum præceptum vestrum tactis Euangelis parati
 fuerunt abiurare absolute omnem carnalis copulae consue-
 tudinem. Quid verò sub Valefio? Pius secundus, ubi ^b
 Carolum septimū affatur, ita affatur; *Dicis te obsequen-
 tissimum & obedientē sanctæ sedis Romana filium. Et quid
 idem Pontifex Ludouico undecimo? Carolus mag-
 nus & plures ex primogenitoribus tuis immortale nomen,
 & inextinguibilem consequuti sunt gloriam, quia Roma-
 nam Ecclesiam matrem suam debito sunt honore prosequu-
 ti: quorum te vestigiis inhaerentem, & diligimus totis præ-
 cordiis, & laudamus, & omnis te posteritas celebrabit. Et
 sanè cum per suas literas hortaretur vt Mantuam
 ad**

^a Iuo epi.
169.

^b Aneas
Sylu. epi.
375. & 387.

ad Christianorum conuentum veniret, statim op-
 timus princeps annuit. Mox Carolo extincto Ludo-
 uicum undecimum eius filium, vt pragmaticam
 sanctionem abrogaret obtestatus est, quod se factu-
 rum scribit. ^a Sed quid his testimoniis longius im-
 moramur? Annales Fracos euoluamus, Patrum me-
 morias inuestigemus, scrutemur quantum reueren-
 tiæ, quantum honoris summis Pontificibus nostri
 Règes exhibuere. Carolus Magnus, ^b cum Leonem
 3. Roma pulsum audiuisset, iussit eum ad se magno
 sumptu, nec dispari honore adduci, exceptumque
 magnificè, suæ sedi restitui, & per suos Legatos Ro-
 mam reduci mandauit. Quod & Stephano 4. præ-
 stitit Ludouicus pius. ^c Ludouicus Crassus cum sciret
 Innocentium secundum vrbe pulsum, & oris
 Franciæ appulsum, cum vxore liberisque suis vsque
 ad pagum D. Iuliani ad Ligerim, ei occurrit, magna-
 que eum voluptate & obseruantia ^d salutauit. Phi-
 lippus tertius cum intelligeret Gregoriū decimum
 Lugdunum aduentasse, militari præsidio eum stipa-
 uit, & quibusdam Castellis honorauit. Quid Philip-
 pus Pulcher? ^e Hic tamen propter Bonifacium o-
 ctauum, esset Romanæ sedi infensor, tamen ad Cle-
 mentem quintum Lugdunū proficiscitur, ante pon-
 tificem procumbit, proficiscentem subsequitur, &
 duo principes, Carolus Valefius & Armoricorum
 comes, Asturconis, Papæ franco pedestri itinere
 moderabantur, Carolus sextus cum ^f visendi Põti-
 ficis gratia Auenionem venisset, publico conuiuio
 exceptus, infra Pontificem epulabatur. Ludouicus
 Andegauensis ^g in eadem vrbe equitantem pontifi-
 cē, pedes sequi batur. Quod à Ludouico Borbonio
 Diui

^a Aen. iij.
dem Epi.

^b Aym. 4.
lib. ca. 89.
Orho Fri-
sin. lib. 7. c.
30.

^c Flodo-
ardus in
Ebony
Arch.
Rhem.

^d Gaguin^o
in Ludo.
Crasso.

^e Cron.
Fland. 49.

^f Prof. 4.
vol. ch. 4.

^g Anal.
Franc. &
Mater. iij.
sub Caro-
lo 4.

^a Cron.
Fland.

^c Mōstrel.
r. vol. 41.
42.

^c Antoni-
nus parte
3. §. 20.

Diui Ludouici pronepote factum fuisse, in eius hi-
storia manuscripta quondā legimus. Sed scio quid
obiiciatis, Philippum Pulchrum ^a & Carolum sex-
tum Apostolica mandata neglexisse, flammis tradi-
disse, Legatis Apostolicis mitras imposuisse. Oegre-
gium commentum! An non meministis sub Carolo
sexto Benedictum Lunensem, non verum, sed fal-
sum, non legitimum, sed adulterinum pontificem
extitisse; ^c *Non erit pax donec auferatur Luna*, dicebat
optimus ille Gerfo. At verò de Gregorio an Pseu-
do pontificem iure dicere potestis, cui totus Orbis
exceptis vobis schismaticis & vestris hæreticis
subscripserit; De Bonifacio octauo, quem Pulcher
haud pulchrè tractauit, quod exemplū nobis pro-
ponitis; An tum de Religione, an de fide agebatur?
An potius de ambitiosis decretis & vanis titulis
disceptabatur; Nos certè Bonifacij factum immēso
illò fastigio abutentis, defendere non possumus.
Sed minus possumus Philippum tueri, qui contra
omnium piorum consilia, contra maiorū exempla,
cōtra Christianorum prohibitoria interdīcta ausus
fuerit in sanctum Domini manus iniicere, & vio-
lenta manu contrectare. Hoc quàm pessime fuerit
factum, & quàm malè à Deo acceptū, abscissa Regi
fœcunda soboles, & imperium ad alios translatum,
satis demonstrauère. Taceo ab Episcopo Moria-
nensi ^c vltionem Dei fuisse præuisam; & Principi
paulò ante prædictum. Sed ad nostram quæstionem
redeamus. Si ergo Regum nostrorū tanta fuit erga
pontifices summōs obseruantia; quid vos, ò Turo-
nici mures, & homines nullius nominis & numinis
hinc parere recusat; cui ònia Christiana imperia,
cui

cui Francus Orbis, cui Reges Franci, quantumuis
alti & sublimes, cui maiores nostri & vestri tot
annis, tot seculis sunt obsequuti? Tantæne iræ Fran-
corū animis, vt literas Apostolicas à sede Aposto-
lica & Dōno Apostolico profectas, spectante præ-
dicantium aut prædicantiū potius Caluinistarū tur-
ba, flammis furentibus traderetis? Quàm iucūdum,
quàm delectabile spectaculum Hæreticis exhibui-
stis? quomodo cachinnos asseclarum vestrorū com-
mouistis, quòd principis Ecclesiæ mādara ad Fidem
spectantia incendio publico consumpsistis? Sed ni-
hil ab Idololatris & Paganis, ^a nihil à Donatistis, ^b
nihil à Vandalis, ^c nihil à Caluinistis Achatibus ve-
stris, nihil à vobis alienum fecistis. *Cur enim* (inquit
Arnobius) ^d *nostra scripta ignibus mandari meruerunt?*
Sed non Catholicæ sanctiones, sed Hæreticæ præ-
ceptiones, nō rescripta Apostolica, sed scripta Apo-
stolica & Hæretica commenta, debuerant à vobis
conflagrari. Proprium est hominis Hæretici, & in-
sanientis schismatici, inter fasciculos igne crepitan-
tes, interq; ardentis rogos, populo spectante, & ma-
nibus plaudente, infœlices animas euomere: sic e-
nim Bernardus, ^e *Quantum ad istos*, (de Hæreticis
loquitur) *nec rationibus conuincuntur, quia nō intelligūt;*
nec autoritatibus corrigūtur, quia nō recipiūt; nec flectū-
tur suasionibus, quia subuersi sunt. Probatū est, mori magis
eligūt quàm conuerti. Horum finis, interitus, horum nouis-
sima, incendiū manet. Si vos Catholici fuissetis, si verè
Franci, si priscais illis senatoribus Fide & virtute
pares, non sanctæ sedis affatus diuinos, sed Bezanæ
seditionis ministellos insanos, vita indignos, ip-
sumque Nauarrum schismatici & Hæretici freti
magnum

^a Machab.
^b Antioch.
^c August.
Epist. 50.
^e Victor.
de perse.
Vand.
^d Arn. l. 4.
cōtra gen-
tes.

^e Bern. in
Cant. can.
Ser. 66.

magnum Thalassiarحام, iādudum ignibus addixissetis; nec passi fuissetis eos viuere, qui vitam omnibus bonis, qui Reip. spiritum, qui Catholica Religioni, id est maiorum vestrorum Fidei, velut animam ademerunt. Non est, credite, non est optimi Franci, non est boni Catholici, in rebus Fidei præcipuè, contra summū Pontificem digladiari. *Decreta illius seruanda sunt* ^a (ait Bernardus Ludouico Regi. (Non est meum intrare aduersum vos in iudicium: dicebat Iuo ^b Carnotensis Innocentio III.) *Malo Episcopatu renunciare, quàm iram vestram iuste vel iniuste sustinere. Hac satisfactio si placuerit vestra paternitati, placet me a paruitati. Hanc si placet accipite, si plus placet plus addite: Si desisto vester esse seruus, non desistam vester esse discipulus.* Hæc fuere perpetua optimorum Francorum præcepta: Hæc omnium Christianorum constans & æterna disciplina. *Tenendum irrefragabiliter* ^c *quidquid precipitis: sperandum indubitãter bonū de omni re quam decernitis. Si quis Cathedre Petri iungitur, meus est,* inquit Hieronymus. ^d *Nam quod stipiti rami; quod capiti mēbra, quod radij Soli, quod fontē riui, hoc Apostolicę sedis eminentia debēt Ecclesia omnes* (addo & Christiani omnes) *quas vbique terrarum Religio Christiana fundauit,* inquit Blesensis. ^e *Faceat igitur vestra impietas, recedat audacia, quæ in rebus Fidei sedē Petri respuit, cui Christiana Fides ad vsque seculi conflagrationem hærebit. Longè ab sit vestra cęcutientia, quę vt iungatur Hæreticis tenebricosis hominibus, verū Ecclesię Solem Petri successorem derelinquit. Nec tantū derelinquit, sed & blādientē & salubri adhortatione ad meliora reuocantē, despuat, conspuat, & flammis eius rescripta consu*

Cyp. Ep.
47.
Ber. Epi.
47.
Iuo. Epi.
68.

Bern. Ep.
50. ad Ho-
norum
Papam.
d. Hier. Ep.
58.

Bles. Ep.
100.

cōsumit. Certè si vos verè Christiani, si verè Franci fuissetis, hunc sacerdotem, hunc Angelum Dei, hunc sacrum verticem omni honore, omni amore & reuerētia colendū agnouissetis. *Abst* (inquit Hieronymus ^a) *vt de his loquar quidquam sinistrum, qui Apostolico gradui succedentes. Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus. Sacerdotibus,* inquit Cyprianus, ^b *tantus honor Dei dignatione conceditur, vt quisquis Sacerdoti, licet ad tempus iudicanti, non obtemperauerit, statim moriatur.* Sed cogitate eum non modo sacerdotem, sed Episcopum. Quid de Episcopis apud Christianos præcipitur? *Obedite* (inquit Ignatius ^c) *Episcopis, quę admodum Episcopi Christo, & Christus Patri. Episcopus* (ait Bernardus ^d) *est Sacerdos Dei altissimus, claudit & nemo aperit, aperit, & nemo claudit.* At hic (O viri boni) quę vos tot maledictis cõfixistis, cuius factiones rogis aboleuistis, quem, rogo, sacerdotē, nisi Sacerdotem Sacerdotum, quē Episcopum, nisi Episcopum Episcoporum esse putatis? Sed non ex me, imo ex Bernardō Frãco & inter sanctos relato, quis ille & quantus sit quæso paulisper audiat: *Quis es?* (sic enim Eugenium tertium alloquitur) *Tu Sacerdos magnus, summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu heres Apostolorum, tu primatu Abel, tu gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moses, Iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus.* Sed his elogiis, superiora ex superiori libro addemus, ^f *vt vestram effrænata audaciam retundamus: Considerate esse formā iustitię, sanctimonie speculum, pietatis exemplar, assertorē veritatis, Fidei defensorē; Doctorem gentium, Christianorum ducem, amicū sponsi, sponse paranympsum, cleri ordinatorem,*

Hic. Ep.
1. & 9.

Cyp. 1.
Epit. 3.

Ignar.
Epit. 14.
Ber. Ser.
ad pasto-
res.

Bern. de
confid. li.
2. cap. 3.

Bern. de
confid. li.
4. cap. vit.

Pastorem plebium, Magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, miserorum spem, tutorem pupillarum, iudicem viduarum, oculum cecorum, linguam mutorum, baculum senum, ultorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum Tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terra, Orbis lumen, sacerdotē Aliissimi, vicarium Christi, Christū Domini, postremū Deū Pharaonis. Hic est qui à Tertulliano, Pontifex maximus, Episcopus Episcoporum, Papa Apostolicus, & bonus Pastor, & benedictus Papa nominatur. ^a Hic est qui à Cypriano Dei Sacerdos, ^b qui caput vniuersalis Ecclesię in quarta Synodo Romana nūcupatur: qui inter Fracos, summus Ecclesię Pastor à ^c Petro Cluniacensi, Apostolicus præful, à Rothaldo Suesionensi, ^d Pater patrū, ab Hugone de Sacto Victore ^e Vniuersalis Papa, à Lupo Ferrariensi, ^f etiā à Carolo Magno Apostolicus, ^g imò quod vobis pudori est, à Beniamino Iudæo Pontifex summus, ^h & à Populo Nestoriano ⁱ ex Seuleusia Parthorū, Pastor maximus, concinnans mitras, vngens Sacerdotes, cingēs zonas, Petrus dierū nostrorum, & cingulo vniuersum cælum Christianū comprehendens, magnis elogiis appellatur. At vos, primatum Petri contra verbum Dei, ^k contra patrum scripta, contra Concilia oecumenica, contra Tertullianū, ^m cōtra Iustinianum ⁿ ante Phocam à Phoca traditum asseritis, & scribitis? *O mendaciorum loquacissimi*, inquit Tertullianus ^o de Tacito, num verecundamini, num pudetis? At nos pudet vestrę ignorantię, qui summi Pontificis maiestatem & celsitudinem ab Iuone Carnotensi dici nonprehendistis, & tamē doctissimum virum

^a Text. de pudicitia. ^b Cypri. l. 4. ^c Epist. 2. ^d P. Clu. l. 1. ^e Epi. l. ^f Rothaldus ad Nicol. l. ^g Hu. r. de offic. Ecc. 43. ^h Lupus Epi. l. 2. ⁱ Car. in Ep. ad Albinum. ^k Itinerarium Beniamini. ^m Matth. 16. ⁿ August. Epi. l. 62. ^o Chrysost. Hom. 55. in Matth. l. Concil. Chal. a. g. 16. ^p Text. de pudicit. ^q L. inter claras. de Sanct. Tri. Cod. ^r In Apo. loget.

virum Chopinum à vestra insipientia longè alienū reprehendistis. Num recordamini Ecclesiam à Prophetis reginam nūcupari? Si regina est, cur maiestatis nomen, cur celsitudinis elogium ei inuidetis, quod Anglię putidissimo scortillo tribuat? Sed vę vobis voluptatis artifices. Et quid? Etiā Petrum vt Regem se saluari vetuisse, magna impostura scribitis? O nullius frontis homines, & Lycei Bezani, imò Lutheranę popinæ Francogermani Philosophi. Sed vt ad rē redeamus: an his ergo magnificis titulis Christianorū veterum & nostrorum Francorum contenti estis? Lubet nunc ex eodem Bernardo ^a & ex eodem libro vestrę cōdemnationis titulū, quasi pro tribunali, & toto Orbe audiēte recitare. *Vultus tuus* (inquit Eugenio 3.) *super facientes mala. Timeat spiritum irę tuę, qui hominē non veretur, & qui gladium nō formidat. Timeat orationē, qui admonitionem cōtempnit: Cui irasceris tu, Deum sibi iratam, non hominem putet. Qui te non audierit, auditoram Deum & contra se pauet. Sed hæc ridebitis, & monachum & cucullatum appellabitis, & stultum & inspidū proclamabitis, & iam corruptam Ecclesiam, more vestro denunciabitis: sed vā vobis, ò veritatis turpes adulteri & constupratores. Veniet dies in qua dicitis: *Hi sunt quos habuimus in derisum & similitudinē improperej. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniā. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Nos certè Helisæi exemplo Deum precamur vehementius, vt talis insipientię duplicem Spiritum largiatur, & vestrę sapientię Spiritu nūquam potiamur vel potius polluamur.*

^a Bern. de Confid. li. 4. c. vlt.

Veniamus ad Legatū summi Pontificis, quem

vos miserè & insanè tractastis, addo & impudenter. Nec tamen mirum: Nam si Dominum Apostolicum omnibus modis venerandum ita suis rescriptis accepistis, quis miretur, si Legatum, & fiduciarium Apostolicæ sedis, tam ignominiosa prehensione volueritis deturpare? Mitto huiusmodi Legatos esse medicos vlcera mundi, vincula per quæ Christiana machina cohæret, mētes Rerumpublicarū, pacis proxeneras, & summos summarū rerū mediatores. Linquo religiosa Legatorū Sagmina: ^aTaceo verbenas à nullis prorsus apud paganos temerandas. Taceo Fræcorum maiorum nostrorum virgulas sacratas, ^bquibus Legatorum Regis sacra esse corpora, & inuiolanda capita testabantur. Loquamur de Legatis Sacerdotibus à Sacerdote summo, & Petri successore, & Christo Imperatore, ad nos missis, quos pudore nullo, nullo iure, vestræ crudelitatis notis compungere desiderastis. Quomodo apud Francos olim exceptos fuisse, & quo honore, qua reuerentia habitos existimatis? Non loquor de Philippi Pulchri, de Caroli sexti satis irreligiosis temporibus, quibus vnico verbo à nobis responsum est. Loquor de primis Franciæ nostræ cunabulis, ad vsque trementis, & tabescentis, & senio desipientis, & carioli & cadauerosi Franci imperij miserabiles annos. An his illatam iniuriam vnquam legistis? An à regibus nostris malè habitos, malè tractatos meministis? Licet sub Clodouingijs nullos aut perpaucos Apostolicæ sedis Legatos habuerimus, tamen Candidum Gregorij primi nuncium, Regina Brunichildis ^c non turpiter, non inhumaniter excepit. Carolus magnus duos Adriani primi Legatos clauis

^a Tit. Liuius.

^b Aym. 3. cap. 67.

^c Greg. II. 7. Epist. 5.

con

confessionis Petri, & vexillum vrbis Romæ offerentes, magnis honoribus affecit. ^aStephanus quartus, suos missos ad Ludouicum Pium habuit, quos ille magna reuerentia suscepit, & amplexatus est. ^bPaschalis primus, ad eundem Regem duos Legatos misit, qui vetera pacta renouarent, & alios qui multis donariis Lotharij nuptias honorarent. ^cQuibus honoribus, quibus amoribus hos fuisse prosequutos existimatis? Eugenius secundus ^dLeonem Centumcellensem & Theophilum Nomenclatorem: Gregorius quartus, ^eQuitinum Primicerium, & eundem Theophilum ad eundem imperatorem nuncios miseret. Quid putatis & honestatis & humanitatis eis fuisse præstitum? Sub Carolo Caluo ^fAdrianus secundus Paulum & Leonem. Sub Carolo simplici, ^gStephanus octauus Damasum Apostolicæ sedis Legatos habuere. An vestro more prehensiones decretas, malas mansiones paratas, & carnifices excitatos esse putatis? Sed quid apud Carolouingios moror? Legimus sub Capetis Ricaredum & Petrum Albanensem, ^h& Albericum Hostiensem, & Hunibaldum Lugdunensem, ^kin Franciam missos. Legimus apud Childebertum ^lTuronensem, Angolismensem Episcopum Romanæ Ecclesiæ fuisse Legatum. Ex Albigensium historia didicimus ^mArnaldum Cisterciensem, & Petrum de Castronouo, ⁿ& Rodolphum, & Milonem, ^o& Theodosium canonicum Ianuensem, ^p& Petrum Beneuentanum Cardinalem, & Bertrandum sub titulo Petri & Pauli, ^qLegatos Apostolicæ sedis ad nos fuisse profectos. Sub Ludouico octauo memibus Romanis, ^rsub D. Ludouico Iacobū & Othonē, & Simonē Cardinales. ^sSub

^a Aym. 4. cap. 86.

^b Adelmus ex Mas. in Steph. 4.

^c Aym. 4. cap. 109.
^d Mas. in Eug. 2.

^e Idem in Greg. 4.

^f Aym. 5. lib. 24.
^g Mas. in Steph. 8.

^h Iuo. ep. 134. & 160.
ⁱ Bern. ep. 17. & 18.

^j VVillel. Abbas in vita Bern. lib. 3. ca. 5.
^k Bern. ep. 22.

^l Child. in Epist. 38.
^m Hist. Al. cap. 9.

ⁿ Hist. Al. 10. 11.

^o Eod. 47.
^p Eod. 49.

^q Gag. sub Lud. 8.
^r Mas. in Greg. 9.

^s Idem in Viba. 4.

K 3 Philip

a Chron. Fland.
Maff. in Martino 2.
b Maff. in Bened. 8.
c Hilt. Franc. in Philippo Val.
d Eadem in Ioann.
e Eadē in Car. 5.
f Gagui. in Car. 7.
g Aeneas Syll. li. 1. epist.
h Ann. in Carolo 8.
i Eodem li. sub Lud. 12.
k Eodem in Franc. 1.
l Ann. Franc. in Henr. 2.
m Hic Paf-
 fiaso con-
 ciftabulo
 adfuit
 quod cla-
 ra voce
 damna-
 uit.
n Afta Sé.
 Parif.

Philippo tertio Cardinalem Choletum, ^a Choletii Collegij authorem. Sub Philippo quarto Beraldum Albanensem ^b & Simonem ^c Præneftinensem ad nos venisse. Sub Valesiis quos & quantos habemus Legatos à nostris regibus humaniter acceptos ? sub Philippo Valesio Benedictus vndecimus de bello sacro incundo, ^d sub Ioanne Innocentius sextus, ^e sub Carolo quinto Gregorius vndecimus ^f, sub Carolo septimo Pius secundus, ^g de Anglico bello cōponendo Legatos Cardinales ad nos misere. Sub Ludouico vndecimo, idem Pius de pragmatica sanctione abolēda per suos Legatos egit, ^h Sub Carolo octauo Cardinalem Petri ad vincula mittit Alexander sextus sub ⁱ Ludouico duodecimo Cardinalem Georgium Ambesānum Iulius secundus: sub Frācisco ^k primo Cardinalem Triuulsum, Paulus tertius: sub ^l Henrico secundo Cardinalem Caraffam Paulus quartus: sub Carolo nono Hippolytū ^m Ferrariensem, Pius quartus. His omnibus Legatis quid nostri Principes iniuriæ intulere; qua contumelia affecere, qua ignominia notauerunt: Tantum abest vt more vestro carceribus & cruci destinaretur, vt ne verbo, ac ne oculis quidem, violari pateretur. Sub Carolo quinto, cum Caturienfis Legatus in Franciam venisset, Rex ei obuiam processit, Lutetiam adduxit, multis colloquiis, multis muneribus honestauit. Sub Ludouico vndecimo, ⁿ cum Cardinalis Ballua de capite reus citaretur, & vinculis retineretur, in gratiam Legati summi Pontificis Lutetia honorificè suscepti, carcere liberatur, & culpa absoluitur. Numquam fuit quin Reges Franci Francique omnes multum Ecclesie, multum summo

mo Pontifici Ecclesie Principi, multum Ecclesie membris tribuerint. Philippus Augustus ^a tot à Deo beneficiis se cumulatum dicebat, vt mallet suo solio cedere, quàm cum Ecclesia contendere. Henricus secundus, ^b cum pro more maiorum Lutetia ingressus publico epulo in regali palatio exciperetur, ambigētibus Ecclesiasticis & Laicis principibus, quis ad dextram vel ad sinistram accuberet, *Mea* (inquit) *dexteram Ecclesie dedi, dedicauit.* Iussitque; Ecclesiasticos principes, non sine fremitu quorundam, ad dexteram suam sedere. Sic fert omnium optimorum principum præcipue Francorum & Catholicorum animus, sic pia mens, sic in Ecclesiam voluntas, sic propensa beneuolentia. Atque hæc cum scribo, tum vero Friderici ^c Cardinalis fratris Gothofredi Bullonij reminiscor, qui cum istius familie familiares, id est, ingentes spiritus gereret, & Legatus Leonis noni, Constantinopoli synodum indiceret, vbi persensit nec Imperatorem nec Patriarcham monitis parere, sandaliorum puluerem, Apostolico more, per plateas excussit; atque ita exterruit, vt tanti viri & virtute & Religione perculsi, sequenti die cum sacco & cinere, Legati pedibus procuberent, & criminis veniam ab Apostolico Legato postularent. Sed à vobis tantæ & tam religiosæ humilitatis exemplum, nisi Deo potētius operante, non expectamus. Scimus enim quàm sint Hæreticorum & schismaticorum insolentes & superbientes animi, quàm elata mens, quàm inflata, & quàm fermēto cupiditatis & glorie intumescat. Monemus tamē & hortamur, imò obsecramus, nõ modò vos crudeles Donatistas, sed & Urbanos & Sidonios ^d & Maximos imitari, qui cum à Catholicis

^a Ionuill. ca. 93.

^b Annal. Fran. sub Henr. 2.

^c Erphor. ex Geneb. Cron.

^d Aug. de Gestis cū Emer.

ad Nouatianos, vt vos à Christianis ad Calvinistas, transissent, cum Cornelium Papam, vt vos Gregorium, multis verbis proscidissent, pungente & lancinante conscientia, ad Ecclesiam venire, & populo spectante, & audiente, & mirante, in hæc verba tandem erupere: ^a Nos Cornelium Episcopum sanctissima Catholica Ecclesie erectum à Deo omnipotente, & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur. Circumuenti sumus perfidia loquacitate factiosa, amantes. Videbamus quondam communisationem cum homine schismatico habuisse: Sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit, nec ignoramus vnum Deum esse, & vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica esse debere. Sed de istis satis.

Superest vt iniquam concilij petitionem discutiamus; & vos hoc capite nec Francos esse, nec Catholicos, sicut in superioribus, demonstremus. Ac primùm Conciliorum vtilitatem, & antiquitatem, & autoritatem, paucis verbis attingemus. Nam inter ea quæ pro Fidei incolumitate à Spiritu sancto Ecclesie gubernatore acta sunt, nihil potuit aut excogitari felicius, aut constitui prudentius, quàm vt Synodi in Ecclesia cogere ntur. Sunt enim Synodi veluti morborum Ecclesie saluberrima pharmaca, sunt nostrorum prudentium responsa, quibus non vna Ecclesia, sed Orbis vniuersus continetur. Id de Synodis vsurpare non est alienum, quod de Imperatoria maiestate Seneca dicebat. ^b Illud est vinculum per quod Respublica coheret: illæ est spiritus vitalis quem tot milliæ hominum trahunt; illa est mens, qua subtracta, nihil aliud esse potest Respublica, nisi onus & preda, si mens

si mens illi imperij subtrahatur. Maiores nostri, quibus in Republica Christiana conseruanda ingens animus, & in tutanda Fide cogitationes altissimæ, in his synodis tanquam in firmissimis propugnaculis omne Religionis præsidium collocauerunt. Nunquam enim existimauerunt luxurientium morum propagines, aut nascentium errorum semina, melius suffocari, aut Hæreticorum adultam nequitiam validius profligari, quàm si Christiana comitia haberentur. Et sanè credibile est, non mortalium inuentum, sed delapsum velut è cælo donum, quo Ecclesie nauis his tanquam remis impulsæ, non modò vastissimi & sæuisissimi maris fluctus euaderet, sed & infanientium Hæreticorum, quasi furentium ventorum procellis obstiteteret, Scyllas deuittaret, & tandem superatis inundantium errorum gurgitibus, portum pacis & tranquillitatis appelleret. Iam verò Conciliorum vsum apud Iudæos inualuisse, & à Iudæis ad nostros Christianos quasi ad nouellos colonos peruenisse, quis ambigit? Vix Iudæi in vnam Remp. quasi in vnum corpus coaluerant, vix superatis solitudinum inuis cacuminibus cupitam terram attrigerant, vix Idolomaniam prostrauerant, possessionesque paganorum, quasi iudicio familiarie eriscundæ diuiserant, cum primam Synodum sub Eleazaro summo Pontifice in vrbe Sichem Iosue imperante indixerunt. In qua vbi confederunt, actum est de prohibita societate cum gentibus (quid ergo cum Hæreticis? de diis alienis auferendis, de ossibus sepeliendis, & vt pura & pura Religio ab impuris Idololatrarum superstitionibus quasi intacta & incolumis seruetur. Quid loquar de secunda

^a Cypr. li.
^{3.} Epist. 2.

^b Sen. de
Clem.

^a Ioseph.
hist. 19.
Iosue
24.
Gene.
An. 2709.

4 1. Paral.
24. Iosep.
7. antiq. c.
9. Genebr.
Anno
346.

Synodo? ^a Hæc habita est sub Abiatharo summo sacerdote, cum David lucerna Israël fulgeret Imperio, & suis radiis vniuersam Iudæam illustraret. In ea multi canones de reformanda Ecclesia, de Ecclesiæ ministeriis, de Sacerdotibus in viginti quinque ordines cogendis, & de Leuitis in diuersa munia distribuendis, habiti sunt. Longum esset reliquas synodos, vt de libris Prophetarum conquirendis, de probandis Pharisæis, de Religione restituenda, enumerare, quibus omnib⁹ Iudæi omnes acquieuerunt, nec vnquam quod legerimus aduersus illas rebellauerunt. At verò, Christo quasi splendidissimo Sole totum Orbem illustrante, vbi à summo cælo tanquam Gigas egressus emicuit, vbi Synagoga vetus emarcuit, vbi Lia spreta, speciosa Rachel inter amplexus sui Iacob suauiter conqueiuit, quid habuere patres nostri antiquius, quid religiosius, quàm indictis conciliis, Reip. Christianæ splendorem tueri, morbis nascentibus occurrere, natis obistere, & incolumitatem Religionis cõseruare? Surgentem Ecclesiam, & in cunis suæ pueritiæ adhuc molliter vagientem, quæstio de circumcissione ^b ferè oppresserat, cum ad Synodum tanquam ad sacram ancoram recursum est. Nec ignoramus, aliàs synodos Apostolorum temporibus celebratas, vt à doctissimis viris adnotatum est. Quid? quòd Apostolis Martyrio sublatis, vbi ex morum impura colluie, quasi è putrescentibus carnibus, vndique Hæreticorum vermiculi scaturirent, synodos cogere, oportuit, quibus tot tantisque vulneribus mederetur? Hinc habita quatuor illa œcumenica cõcilia, Hæreticæ collusionis euerricula, hinc aliarum generalium synodorum

4 AA. 15.

dorum indictiones, hinc singularum introductæ consuetudines, ab ipso canone Apostolorum repetitæ, & ab Apostolis, veluti à nostris principibus, sancitæ & promulgatæ. Nimirum illa duodecim Ecclesiæ lumina, his cœtibus quasi validissimis columnis firmandam Ecclesiæ domum consueuerunt, ne Hæreticorum impetibus labefactata corrueret, aut morum ruinis deformata laberetur. Nunquam fuit apud maiores nostros, quin œcumenica præsertim cõcilia plurimum valerent. Hieronymus ^a librum Iudith recipit, quod à Nicæna Synodo recipiatur, ^b Ambrosio⁹ profiteretur se tractatui Nicænæ synodi adherere, à quo nec mors, nec gladius, illum vnquam separabunt. Augustinus ^c omnes cõcessiones Episcoporum Nicænæ synodo repugnantes abdicat. Quid verò Gregorius? ^d *Quia (inquit) corde creditur ad Iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Cunctas quas præfata concilia personas respiciunt, respuo, quas venerantur, amplector. Quisquis vniuersali consensu constituta destruit, certe non illa, sed se destruit: & quisquis præsumit aut soluere quos religant, aut ligare quod soluunt.* Hæc à nostræ Fidei proceribus tâ Africanis quàm Italis & Dalmatis. Quid de nostris Francis dicemus? quid de Fræcogallis? Vincen-
tius Lirinensis ^e Gallus, inter hæresum narrationes mira de cõciliis narrat. Quid Iuo^f Carnotensis Francus? Hic probans Cõcilia ab Ecclesia approbata, sic de Carthaginensi ait, *Ipse secundum conciliū Carthaginense, in se dånationis sententiã indicatur protulisse.* Quin, indictū à summo põtifice Conciliū probare videtur, cui interessè destinaret, & *Parabam me pro viribus ad iter concilij*

^a Hieron.
præf. in Iu
dith.

^b Ambros.
Epist. 32.

^c Aug. 55.
Epist.

^d Greg. 1.
Epist. 24.

^e Vinc.
Lir. 32. de
hæres.

^f Iuo Epist.
1201.

^g Epist. 199.

cilij vestra paternitate indicti, inquit ad Paschalem. Citemne Nicolaum de Clamengis, non immerito tamen a synodo Tridentina notatum? ^a Quid aliud, inquit, possumus credere cause esse cur illa quatuor concilia tam singulari sint inter alia veneratione sacro sancta habita, nisi quia ex sanctis erant hominibus collecta? Sed quid his autoritatibus moror? Cum tot synodos & vniuersales & singulares in Francia habuerimus, quarum cuspidibus non modò vestram de explodenda Tridentina synodo sententiã configamus, sed etiam maiorum in recipiendis conciliis, quæ Ecclesia Romana comprobauerit, obsequium Christianum agnoscamus? sub Clodouæis ^b Aurelianenses & Turo-nenses & Aruernenses & alias multas Synodos habuimus sub Caroloungiis ^c Tricassinas & Rhemenses & Catalaunenses: sub Capeuingiis Claromontenses, Vezelienses, Lugdunenses: sub Valesiis, ^d Bituricenses, Parisienses, & innumeras alias, quas persequi non est animus. Quæ idè scribo, vt vos, nec Fracos nec Catholicos esse omnibus appareat, cū a Francis & Catholicis maximè sit alienum respuere synodos quas Catholica Fides, quas Ecclesia Romana recipit, & quibus illa suã præstat autoritatẽ, vt loquuntur IC. Hęc etiã loquor, vt concilia non esse sænum & stramen, Lutheri morè, id est vestri aui, demonstremus. Nam licet schismatici & Hæretici diuersi riui esse videantur, tamen ex eodem impuro capite, id est a Sathana. originem trahentes, diuersis licet itineribus eò tendunt, vt Catholicã Ecclesiam obruant, Synodos conuellant, & torrentium more, Patrum instituta, tot seculis, tot ætatibus firmata, rapiant & disturbent. Quod in Tridentina vniuersali

Syno

Synodo satis perspeximus. Hæc enim cū esset à Principe vniuersalis Ecclesiæ indicta, ab omnibus Christianis regibus quasi præconibus promulgata, omnibus tam Catholicis quã Hæreticis nota, à quatuor piis, & doctis, summi Põtificis Legatis, & præcipuè à Cardinali Hosio viro Polono, sapientium omnium sapientissimo, & doctorũ doctissimo, gubernata, à tribus Patriarchis honorata, à triginta duobus Archiepiscopis magna laude approbata, ducentorum viginti octo Episcoporum decretis confirmata, tot Abbatum, tot ordinum præpositis, & absentium Episcoporum tot procuracionibus rata, omnium omnis Orbis doctissimorum virorum & præsentis & scientis & sententiis exornata, tamen miser, ridiculi, inspidi, & fatui homunciones, qui sibi solis sapiunt qui suos crepitus rosas putant, qui suas ineptias magnas res autumant, qui Plantini militis more, & gloriosi Thrafonis, in suis dictis & factis insaniunt, nihil in rebus sacris sentientes, prorsus desipientes, & solã superbiam, & animi extumescentiã sapientes, hanc lacerant, eiurant, explodunt, respuunt, & cum Hæreticis, ô scelus! alias quærere profitentur. O misera superbia, quàm dæmonibus es amica. Sed quàm ipsa es pessimus demõ? *Quisquis quæ sunt vniuersali consensu constituta destruit, certè non illa, sed se destruit, ait Gregorius. ^a Et quid aliud conciliorum decretis agitur (ait Lytinenis ^b) nisi vt quod antea simpliciter credebatur, lentius predicabatur, segenius colebatur; hoc idem postea diligentius crederetur, infatius predicaretur, sollicitius excoleretur? Si vos Catholici estis, si benè in Fide instructi, quid est in Tridentina Synodo, quod à Catholica Fide & Religione alienum esse*

^a Nic. de Clam. dif. super materia concil.

^b Tom. 2. Concil.

^c Sigeb.

^d Marius Belga. promp. Concil.

Lu. h. li. c. Concil.

^a Greg. 1. Epist. 24.
^b Lit. Cap. 23. de hæretibus.

esse existimetis? Quid vos Catholici & vniuersales adeò ab vniuersa omnium Fide receditis, vt cum Hæreticis vniuersales synodos refuteris & oppugneris? Si vultis Catholici videri, teneatis vniuersitatem & antiquitatem, & cõsensum vnitatem, inquit **Lirinenfis.** ^a At de vniuersitate rogo quid hoc cõcilio actum, quid decretum in Fide, nisi quod Franci, Angli, Hispani, Itali, Germani, Christiani, & Catholici (nam de Hæreticis nõ loquor, nec de schismaticis) imò de Indi extremis terrarũ oris à nobis remotissimi, teneant & profiteantur & confiteantur? **Scim⁹** fatis ex Augustino ^b omnes Hæreticos, addo & schismaticos, ne vos præteream, velle videri Catholicos. Sed scio ex eodem vnã esse Catholicã & Apostolicã Ecclesiam, quæ multitudine sit referrior; si totum Orbem consideremus, & veritate sincerior. Colligite vestrorum ministellorũ plaustra. Cogite omnes Polonos Trinitarios, Anglos Puritanos, imò etiam si lubet ipsam Iesabellam febriculosum Puritanæ sectæ scortillum aduocate, Germanos Lutheranos vino madentes conuocate. Heluetios Zuinglianos, Flandros Anabaptistas, Francos Calvinistas, & ex omnibus Orbis sordibus & paleis manipulos vestros flamma dignos componite, vobis que his quasi culmos æterni incendij adiungite: an audebitis nostræ amplitudini vos componere, & de ampliori numero gloriari? Tota iam Catholica Europa concilium Tridentinũ inter Catholicos Principes excepit, licet vluantibus & grunniuntibus & calcitrantibus mulis, & porcis, & lupis hæreticis. Et vos ne in Francia olim Fidei Catholicæ Regiæ reciperetur, quid non tentastis, quid non scripsistis, quid

^a Idem. cap. 3.

^b Aug. Epist. 63.

quid nõ auribus nostrorum principum insinuastis? Stupendos solis pueris fictitios abusuũ montes, Gigantum more cumulaſtis, ex ridiculo eorum partu vestros mures per hæreticum orbem cursitantes emisistis, turrim Babel fortis venatoris instar ad cœlum vsque edificastis; confusiones vestras prodidistis; & vt vno verbo dicam, vestram insipientiam detexistis, dedecus vestrum apperũistis. Hæc fuere Faï & Belloi misera portenta, hæc ridicula incantamenta; quibus impiorum principum ignauiam & Hæreticorum prædonũ insaniam satis turpiter confictis nominibus lactauerunt. Nam quis nescit his cõmentitiis abusuibus non tam disciplinæ quàm doctrine, & Christianæ Religionis fundamẽta magno impetu fuisse pulsata? Quis ignorat apud eos potius actum de Fide tollẽda quàm de Francæ Ecclesiæ libertate cõseruãda, in eoque omnes & Hæreticorũ & Epicureorum turmas cõuenisse, vt Fide Tridentina labefactata per omnia libidinũ dedecora vagarentur? Vos qui hæreticis dextras dedistis, & cum dextris vestram nequitiam & adiaphoriam iũxistis, qua alia ratione Tridentinã Synodum repellitis nisi vt hæretici amicissimi vestri, Hæretici non dicãtur, pro conuictis non habeantur, non condemnentur, non euitentur? Nã si de moribus tantũ esset quæstio, quorsum tot libellorũ plaustra, quorsum tot querimonia; & rugitus, non Leonum, sed Mirmillonum Gebennensiu, quibus cœlũ obrundunt, solum fastidiunt, & sanctiones Tridentinas iniquo dente profcindũt? Quis nescit à summo Pontifice cognitores Cardinales fuisse præfectos, qui singularũ nationũ mores & priuilegia discuriãt, discussã referant, vt cũ

Triden

Tridentina patrum reformatione componantur? Num eos adire oportuit, num Franca priuilegia ostendere, nū iura regia explicare, quibus nos ex maiorū nostrorum instituto feliciter gaudeamus, & ea ad posteros nostros religiosè transmittamus? Num sic apud Hispanos, num sic apud Pedemontanos, & breuiter apud omnes omnium regnorum & principum Christianorum populos, Tridentinæ leges de reformatione fuere receptæ? An putatis Pontificem summum & Clementē nobis clementissimum patrem cum regibus Francis, & cum Ecclesiæ primogenitis, iniquius quàm cum cæteris, & in religione Christiana posteris esse acturum? Ipse Rex Hispaniæ felicissimus Princeps, ex Concilio Tolitano nominationū iure ad hunc vsque diem vtitur felicissimè. Quēmodum & Franci Reges, ex constitutione quinta Aurelianēsis Synodi, à Clodouæis ad vsque vltima & infelicia nostra tempora, vsi sunt prudentissimè: *Non est nostra consuetudo nāsuētudinū* (dicebat Guntranus Rex Francorū competitoribus Bituricensis Episcopatus, cui Sulpitium virū probum substituerat) *Ecclesias Christi pretio vendere, ne nos damnatione digni, & vos Mago Simoni similes videamini.* Quod & confirmat sapius Gregorius Turonensis. Sed de his aliàs.

Veniamus ad antiquitatem, & vos, vt Vniuersitate, ita nec antiquitate Catholicos esse demonstramus. Certè fuit omnib⁹ Catholicis, & ab omni auro ea de omnibus Conciliis ab Apostolica sede confirmatis sententia, vt non solū magna reuerentia haberentur, sed obseruantia summa colerentur, a Solis Arrianis mos fuit Nicænam Synodum conuel-

Conc. To-
ler. can. cū
longe. 63.
dist.

Concil.
Aurclia. 5.
can. 3.
Aym. li. 3.
cap. 55.

a Gelasius
ad Episc.
Dardaniz.

conuellerè, Macedonianis, Constantinopolitanam explodere, Nestorianis, Ephesinam reicere, Euty-
chinianis, Chalcedonensem condemnare, Luth-
ranis & Calvinistis, & omnibus nostri seculi hære-
ticipis, & schismaticis, Tridētīnā repellere, aliam fla-
gitare, nouam postulare. Nobis Catholicis alia Re-
ligio est, alia fides. Et non modò turpe, sed & cri-
minosum putamus, quòd in Fide placuit Apostoli-
cæ Sedi, iterum in quæstionem adducere. Spectate
rerum veterum monumenta, nostrasque historias
conquirite, inspicite Catholicorum Fidem, cogita-
te Hæreticorum perfidiam, reperietis sanctæ Syno-
di Nicænæ, vt cæteris sanctis Synodis, omnes Ca-
tholicos acquieuisse, solas Arrianorum & Hæreti-
corum reliquias, à nostris Episcopis in hac Synodo
aliisque profligatas, vestro more ad alias Synodos
prouocasse: Imperatores stimulasse, punxisse, vt in-
scio, vel inuito summo Pontifice, aliq̄ cogerentur; &
noui canones conderentur. Sic Syrmiana Synodus,
sic Ariminenſis, sic Mediolanensis, sic Seleuciēsis,
sub Constantio Arriano, & Arrianis prementibus
in necem Concilij Nicæni sunt celebrata. ^a Eufe-
bi⁹ & Theognis, licet trecētis decem & octo Epif-
copis essent condemnati, imò à Spiritu Sæcto tāquā
altissimo præſide iudicati, tamen non cōquiescunt,
nouas Synodos parant, noua Concilia moluntur, ^b
Eutyches ille Cōstantinopolitana Synodo reus ci-
tatus, & auditus, & condemnatus, & depositus, vbi
suam condēnationem videt, concilium aliud aduo-
cat, Ephesum proficiscitur, sedi restituitur, omnesq;
boni Episcopi ex iudicibus rei facti, profligantur, & condemnantur. ^c Nos qui Catholicæ &
Apostolice

Quidquid
patres no-
ſtri pro
Fide Ca-
tholica fa-
cta semel
congrega-
tione san-
xerunt, in-
conuulsum
voluterit
ſuum.

que cōſta-
t. Li. 2.
Concil.

Flavianus
Conſtan-
tinop. E-
piſcopus,
ad Leo-
nem 1.

Decet ſe-
qui pa-
tres no-
ſtros, nec
commuta-
re defini-
tionem co-
rum per-
petuam.

2. Tom.
Concil.

a Soc. 2.
ca. 2. 22.
31.

b Soc. 3. c.
18.

c Euag. 1.
Tit 9. &
19.

L Apoſto

Apostolicæ militiæ nomē dedimus, qui sub labaro Sancti Petri militamus, qui sub summis Pontificibus, Imperatoribus nostris, Christiana bella gerimus, magnam iniuriam synodo præstitam censemus si semel iudicata & ab Ecclesia Romana sãcita, iterum reuolui permittamus:^a Leonis Primi sententiæ subscribimus, qui non esse retractanda quæ stabilita sunt scribit, *ne infirma videantur & dubia, quæ sunt ipso angulari lapide constituta.*^b Quin, in ea re iudiciū Diocletiani & Maximiani, paganorum principū, laudamus.^c *Qui in Religione maximi esse criminis protestantur, retractare quæ semel ab antiquis & definita & tractata, suum statū & cursum tenent, ac possident.* Et sanè, Res iudicata est veluti tutissimus portus, præsertim in Religione, quem si homines feruida voluntate fuerint prætergressi, in vndosis iurgis sæper errabunt. Ceterum, vetera esse omnia quæ in Fide à Tridentina synodo decreta sunt, quis negabit? Certè si mihi de hac re scribēdi esset animus, plus satis haberem quo vos miseros conficerem, & non modò non esse Catholicos ostenderē, nec cū tota Catholicorum vniuersitate & antiquitate Christianos, sed cū Hereticis priscæ probæ Fidei monetē nouitios stupratores & adulteratores, & falsarios demonstrarem. Sed sit satis illud ex Tertulliano citare, doctrinā Catholicam apud ecclesiam Romanēsem esse. Et quia sunt hæc à doctissimis Theologis pertractata, vos vestramque insaniam valere iubemus, ne diutius in refutandis vestris erroribus immoremur. Vnum tamen addemus, vos ex nobis non esse, ne antiquitatem nostram obtendatis, & vestris deliriis profuturam existimetis. Nam, vt inquit Apostolus^d, *exi-*

^a Libro 3.
Codice de
sum Tr n.

^b Leo. Ep.
77.

^c Frag.
Pitincii.

^d 2. Ioan.

erunt

*erunt à nobis, qui non erant ex nobis, & si ex nobis fuissent vtrique mansissent nobiscum. Qui in vno cum fratribus manere noluit, inquit Optatus, & Hereticos sequutus est, quasi Antichristus foras exiuit. Videndum est^a quis in radice cū toto Orbe manserit, quis foras exierit, quis Cathedram sederit alteram, quæ ante non fuerat, quis altare contra altare erexerit. Vos quidem in eadem arbore nobiscum coluistis, sed contumacia vestra fracti, abscisi, iam dudum exaruiistis? Vos ex eodem fonte riui, sed aliud caput quærentes, & materni laticis venam deserentes, ex siccati estis. Edite, inquit Tertullianus^b *vestrarū* de præsu.
*origines Ecclesiarum, euoluite ordines Episcoporum vestrorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille, aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerit authorem & antecessorem. Vos qui Petri Cathedram, qui Petri successorem non agnoscitis, an de Petri Cathedra, an de gloriosa Pontificum verustate, & nostra antiquitate superbietis? Turpe est vos homines cæcutientissimos, vestros errores lippis notissimos non aduertere, qui cū caput Ecclesiæ pontificem summū expungitis, vos sine capite esse, ideòq; sine sensu, sine ratione, sine mēte, sine origine non sentitis.**

Sed de antiquitate satis. Nunc ad consensum & vnitatem vestra Ecclesia dignam veniamus. Nam Ecclesiam vos habetis, vt vespæ fauos. Ecclesiam, inquam, nec nostrā, id est Catholicæ & Apostolicæ & Romanæ, nec Hereticæ prauitati nisi in disturbāda veritate consentaneam. Ac primū, sciunt omnes vtrūque vestrū in caput Tridentini concilij omnia sua concilia aduocare, nullum non lapidem

^a Optat. l.

^b Tertul.
de præsu.

mouere, & non modò cogitando, sed agendo, & agitando, in eius perniciem pessima quæque moliri. In ea parte vestra vnitas mirificè congruit, in ea re magnificè vestra discordia conuenit. Et cur non conueniat?

*Vxor pessima, pessimus maritus,
Non mirum bene conuenire vobis.*

Sic fit inter schismaticos & Hæreticos, qui licet varij varia sentiât, tamè in profligãda veritate semper consentiunt, & vni huiusmodi rei vna eadè que nequitia student, & animis cõcurrunt & coniurant. Dispar erat Pilati & Caiaphæ religio, dispar fides militum Romanorum & Phariseorum, hi Iudæi, alij erant Pagani: sed vbi de Christo crucifigendo agitur, omnes crucifigendum esse conclamant, & diducto ore vociferantur. Idem est de vobis & Hæreticis. Sed rogo vos, an eundè consensum in Religione habeatis; an eadem cum iis de Fide sentiatis? Si quis vos roget quid de Sacramentis, quid de prædestinatione, quid de iustificatione credatis, ea quæ nos credimus, quãtum coniicio, & quæ Tridèntina Synodus decernit, vos credere respondebitis. Nec enim eò impudètiæ & imprudentiæ venistis, cum vos Catholicos nominetis, vt ore Catholicam Fidè respuatis, quàm pectore iam iam, ni fallor, exiistis. At si quis vestros corriuales hæreticos roget, quid de his capitibus sentiant, an non esse deliria, fumos & insomnia respondebunt? Ergo in rebus doctrine diuisi estis, qui cõiuncti estis in crimine. Et certè inter hæreticos & schismaticos, inquit Optat^o, maxima est

est differentia, licet sit eadè nequitia: *a Hæretici veritatis exules, sani & verissimi Symboli desertores, de sinu Ecclesie sancte impiis sensibus deprauati, contempto quod bene fuerant geniti, vt ignorantes & rudes deciperet, de se nasci voluerunt: & qui iam dudum vitilibus pasti fuerat cibus, corruptela male digestionis, in perniciè miserorũ, disputationibus impiis impia venena vomuerunt. At schisma, sparsò coagulo pacis, dissipatis sensibus generatur, liuore nutritur, amulatione & litibus roboratur, & deserta matre Catholica, impij filij, dum foras exeunt, & se separant, vt vos fecistis, à radice matris Ecclesie inuidia falcibus amputati, errant, & rebelles abscedunt; nec possunt nouum aliquid, aut aliud agere, nisi quod iam dudum apud suam didicerunt matrem.* Sic ergo vos & hæretici conuenitis, vt nisi in bonis rebus profligandis non conueniatis. Vbi est ergo ille consensus, qui in Fide præsertim Catholicis requiritur; cum tantus inter vos dissensus reperiat? Sed hæreticos vobis malè conuenientes relinquamus. Rogemus vos Catalaunenses & Turonenses Catholicos videlicet, an cum Cardinalibus & Episcopis, vestri Nauatri hæretici antecessoribus, id est Vrsatis & Valentibus vestri Constantij a symbolis, & eius Concilij primariis, bene cõueniatis. Nam vos potestatem summi Pontificis, & Petrũ, & Christum, vno ictu vestro egregio Senatusconsulto resutastis, eiurastis, explodistis, & hæreticum Deum, hæreticas sordes amantem tortuosa imaginatione confinxistis. Quid illi sanè suis Carnotensibus articulis non refutant, sed nutant, non palàm eiurant, sed clam coniurant, non explodunt, sed eludunt, & melius infortmandũ summum Pontificem protestantur. Ganniunt vt vulpes.

Verentur, nec immeritò, ne si caput Ecclesiæ, vt mēte, ita aperto ore, respuant, à capite dānentur, tandēque suo magno malo sentiant, & beneficiorum exspoliatiōe, & ordinis priuatiōe, caput esse in Ecclesia, cui meritò omnes Catholici obsequātur. Tandem sentietis, caput imperare, non pedes, dicebat Seuerus ille Imperator. Vbi est ergo ille vester confensus? & quomodo vos, qui cū nobis, nec cum vestris pseudocatholicis, nec cū Hæreticis amicis vestris benè cōsētītis, sine vllō cōsēsu, vos Catholicos cōsēque puros & putos nominatis? Quòd si nos reclamatis? Quòd si nos teclamatis, vos nō agnoscimus, vos refutamus, nullòque coagulo, nulla calce, vestris impietatibus cōtignamur. Quin, pudet, vestrarum ineptiarum, & tam pudet vt pudeat non satis puduisse, scimusque, nec vniuersitate, nec antiquitate, nec vniuersitate, nec consensus vnitāte, vos posse dici Catholicos. At nos, à nullis præterquā ab impuris Hæreticis, & schismaticis disiungimur.

In Apolo. *Corpus vnum sumus, de conscientia Religionis, & disciplina vnitāte, & spei fœdere,* dicebat Tertullianus. Ecclesiam nō scindimus, tunicam Christi nō diuidimus, trūco heremus, capiti seruimus, & ab eo diuidi nullo modo pateremur. Concilium Tridentinum quātum ad Fidem omnino recipimus, ei subscribimus, subsignamus, quem honorat, honoramus, quē respuit respuimus, cui anathema dicit, anathema dicimus, & toris oculis toròque vultu auersamur. Quantū ad mōres, si quid est nostris priuilegiis nō cōsentaneū, si quid iuri regio aduersariū, si quid Regni & Imperij legibus contrariū, magna humilitate nobis integrū cōseruari & oramus & postulamus, non verò summum Pontificem explodimus, nec Fidei

Tridentinæ articulos reiiicimus. Sic Catholicum nomē promereri, sic Christianorum titulis gaudere, sic filiorum Ecclesiæ elogiis frui desideramus. Et ita existimamus, Neminem esse meliorem Catholicum, quā qui nunquam Hæreticus, nec Hæreticorum amicus fuerit. ^a Sed quid insensati Galatæ ad nouum concilium prouocatis? Num actum agitis, num Penelopes telā retexitis? *Quis*, (inquit Bernardus ^b ad eos qui noua comitia in eligendo summo Pontifice petebant) *quis de nouo tantos in vnum cogere possit exercitus, vtriusque ordinis principum, ne dicam plebeium, & adducere in examinationē? Quis tot sanctorum millibus persuadere sufficiat, quod prius edificauerint iterum destruere, & adducere semetipsos in præuaticationem?* Certè vitilitigatores estis, frustratores cūctatores, moratorij, qui, vt ait lex, moratorijs ambagibus condemnationem Hæreticorum excluditis. Nouam synodum cogi desideratis, vt nos ad annum Metonis relegetis. Nouum concilium quæritis, vt Græcis Kalendis controuersias Hæreticorum, & vestrorum clientum, finiatis, aur potius vt finitas & iudicatas renouetis. Nam fingamus nouam Synodum habendam, num primū de dignitate cogendi, deinde, de autoritate præsidendi, ac postremo de potestate confirmandi, Hæreticorum more quæstionem facietis? Lutherus ille Draco Germanus, & Hydra in tot capita erūpens, cū de concilio cogendo nondū à Pontifice esset decretū, putaretque esse prorsus impossibile, nil nisi concilia strepebat, nil aliud anser ille clangebat. Vbi Tridentinum indictum est, calamus sumit, scribit, concilia refutat, damnat, stercora vocat, paleas,

^a Hier. ad Ioan. Hic. epist. 62.

^b Ber. ep. 126.

& vilissimus, ganeo vilissimis & sordidis rebus adæquant. Nec satis? Nam saluo conductu, quasi libello, in iudicium vocatus, cum videret sibi aut suis esse turpiter fugiendum, aut infelicitè cum magnis Theologis pugnandum, quid struunt? Octo conditiones proponunt, quas ante aditionem consilij sibi dari postulant: Prima est, vt Tridentini Concilij acta superiora sessionesque irritentur: Secunda, vt synodus in Germaniam transferatur: Tertia, vt à summo Pontifice de Synodo non iudicetur: Quarta, vt solis scripturis agatur: Quinta, ne suffragiorum numero, sed ex scripturæ sententia quaestio terminetur. Sexta, vt non à solis Episcopis, sed à ministrellis sententia decisiva feratur. Septima, vt Episcopi sacramento fidelitatis quò summo Pontifici obstringuntur omnes, absoluantur. Octaua, vt etiam si ipsi damnentur, tamen aliam Fidem suscipere non cogantur. Quid his nebulonibus vnquam visum est sceleratius? quid impudentius? Et vos vestrosque Calvinistas, Lutheri pullos, non eadem facturos existimatis? An vestras patefactas simulationes non sentitis? an vestras nequitias sub dio, quasi sub oculis Iouis expositas non videtis? Apagete, Apagete vos, cum vestris falsis mercimoniis: Nos in illis recipiendis & emundis operam nostram non locamus, & vos nec Francos nec Catholicos esse, nisi spurios & illegitimos, vel vno verbo Francocacolycos, & Franci Orbis vniuersales lupos arbitramur.

Atque hæc sunt, A. S. quæ de illis quinque capitibus pro criminum acerbitate plus exposulando quam monendo à nobis dictum oportuit. Quibus

fi

si quid habes quod respondeas, (dummodo non histronicè, & Hæreticorum vestrorum more, qui felicissimè icti victique, Passauantios, Strigiles, & huiusmodi putida Beza sterquilinia, Liferis, Durandis, Chopinis, & aliorum doctissimorum virorum oculis obiiciunt) nos certè tam libenter excipiemus, quàm hæc scripsimus lubentissimè. Tunc enim sic Christum orabimus.

*Suggere tela mihi, non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos.*

Nos verò huic expostulationi idè nostra nomina præposuimus, vt in Religionis & Regni certa & iusta causa certum hostem haberetis, & ne in defendenda Ecclesia occulti, non aperti, personati, non detecti, arcem vestræ sapientiæ inuasisse videremur. Nulla vnquam causa melior, sed nulla miserior, nulla nobilior, sed nulla calamitosior. Habet vestra sceleris multum, nostra fœlicitatis parum. Quòd si Pater cœlestis ita nos filios arguit, increpat & castigat, quid de vobis iniquæ mentis vernulis, & mentientibus Dauis & Syris fallentibus & Hæreticæ Thaidi gratis Parmenonibus, nostrum Chremetem facturum existimatis? Quanta sustium eruptione, quanta equuleorum crepantium agitatione, quanta neruorum distentione, vestram perfidiam vlturum esse putatis? Quòd si de tui nominis adscriptione, & tui capitis vt aduersarij oppugnatione conqueretis, idè factum putæ, quòd huic Turonensi impio Senatusconsulto, tua rogatione planè auctor extiteris: quòdque te palàm exhibueris hæreticæ vertiginis non modò fauorem, sed

L 5 etiam

etiam propugnatores. Quamquam, ne te apud alteros, & nescio an apud posteros, æterna ignominia nota compungerem, libuit non totum nomen, sed nominis tantum primas literas attigisse. Verum an ista humanitas apud te quidquam valeat, tu videris. Hoc dicam non esse scelus exiguum, de tantisque dotibus quibus te Christus ornauerit, ei nefarium bellum indixisse. Cæterum, nolim existimes priuata gratia, nisi tua, fecisse me quidquam, qui te prudentem, & viuentem, & videntem perire scio, & sentio, & lachrymantibus oculis conspicio, molestæque fero. Coëgit me publicum vulnus, & priuatum tui studium, mœstissimis animis hæc scribere, & vlceri in vermes ebullienti feueriorem quidem, sed sinceriores manus addere. Habet enim amor plagas suas, nec est amica bonitas quæ palpat criminosos, & vulnera eorum intacta & incurata relinquit. Quod si te tangit angitque pulueris mordacitas nos subleuet morbi necessitas, & emolumento speratæ curationis, insauitas, medicamentorum excusetur. Satis acerbè tecum egimus, fateamur, at non aliter nostri omnes egere, qui in arena Fidei cum vestris Hæreticis quasi cum bestiis & cum schismaticis dimicauerunt. Quos habet Ecclesia hostes, nos perduelles habemus, & cum iis toto corpore, toto pectore, totisque viribus digladiamur. Sic Christi bella gerimus, cui nos perfectò amore iungi, vt perfectò odio in hostes eius ferri & animari debemus. Sunt superi testes, & testis Dominus meus I E S V, nihil doluisse me impensius, quàm vestra plus quàm Auentina secessione Ecclesiam fractam, laceram, & disruptam à vobis,

bis, vt à Iuda proditore, non Iudæis, sed Hæreticis plus quàm Iudæis traditam, quò illuderetur, conspiceretur, & tandè acerbissimè cruci figeretur. Exhorruì per vos, per vos inquam, arida môstra Bezanæ scortationis, olim nostrorum regum odia, & argentes, egentisque & scallètes ministellos Calvinistas, in vrbiū nostrarum possessione missos, caulis Domini admissos, & agnos Dominicæ villicationis ferocientibus lupis fuisse commissos. Puduit regnum hoc florētissimum quondam, sempèrque Christianissimum, per vos, per vos inquam, impuro, turpi, obsceno Hæretico, & omnium immundorum spirituum colluuiōibus fuisse obiectum, & mancipatum. Obstupui vestrâ à Catholicis lachrymabilem defectionem, cum Hæreticis impuram contignationem, excōmunicationum lugendam neglectionem, & summi Pontificis abominandam despectionem. Quibus, ah! misera Francia, tot ruinarum cumulis deformata, tot templorum maceris fœdata, tot monialium stupris deturpata, tot errantium monachorum & claustris erumpentium libidinibus maculata, tot presbyterorum cadaueribus strata, tot iacentium Catholicorum sanguine conspurcata, tot nobilissimarū vrbiū expilatione deprædata, quòdque peius est, Catholica religione, quasi suo mundo muliebri miserè spoliata, omnium mortalium oculis perhorrescit. O quàm posteris detestanda erit nobilitas Fræca, illa inquam vilis nobilitas, & nobilis vilitas, Francæ Reip. propudium. Quàm abominanda nepotibus illa vestra Turonensis & Catalaunensis toga, tot criminum altrix, tot nutrix scelerum, tot faultrix turpitudinum, tot auetrix portentorum?

Cogita

Cogita quæso, cogita, A. S. venturam aliquando totius Orbis generalem Synodum (sic enim Augustinus futurum iudicium appellat) qua Christo in maiestate sedente, magno terrore præsidente, stigmata omnibus demonstrante, toto Orbe pauente, Apostolis absidentibus, Sanctis absistentibus, Angelis stipantibus, Cœlis coruscantibus, Franca Ecclesia, ante ora nostrorum regum, ante oculos maiorum vestrorum, ante omnes omnium nationum populos, ante omnium mortalium cœtus, vultus lachrymis rigabit, vos accusabit, libellum sub signatum præbebit, & iudicium de vobis sibi fieri postulabit. Quis tunc vobis animus, quis color, quæ securitas? Veltrum est cogitare, quid illa die dicatis, quid exceptionis, quid præscriptionis aduersus tot capita habeatis. Nos certè, qui Catholicæ Fidei desiderio perditè ardemus, qui Franci imperij maiestate inflammatum, nec Hæreticis Christi renique hostibus auxilium præbuimus, nec Catholicam Ecclesiam secuimus, nec Fidem aboleuimus, nec Petri Cathedram respuimus, nec summum Pontificem repudiauimus, nec Sacerdotum & monachorum in frustra discerptorum sanguine fuimus maculati. De nobis (nam de anthropophagis & Cyclopibus nostris, vobis similibus, non loquor) nulla Tragœdia exclamat, nulla theatra loquuntur. Hæretica portenta, Schismatica deliramenta, Turoniensia commenta, Catalaunensia figmenta, semper horruimus, & detestati sumus. Cælum & terra testes sunt, quid Fidei, quid diligentia, quid operis, in conseruanda Franca Republica adhibuerimus, quibus animis, quo pectore,

non

non modò fortunas, sed & vitam & sanguinem, vltimùmque spiritum voluerimus profundere. *Illiaci cineres, & flamma extrema meorum Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas Vitauisse manus Danaum, & si fata fuissent Vt morerer, moruisse mani.*

Nunc quoniam vestris consiliis & auxiliis penè Francicus Orbis à Fide apostatauit, vestrèque ille Genfericus, aut Torilas Nauarrus, plus quàm Gothico, aut Vandalico furore in Christi ouiculas ferociens, omnia complet cadaueribus, funeribus, & ruinis: non inter tot patriæ damna, & euersæ Ecclesiæ clades, manus ad sydera tendimus, Deum obtestamur, nec ambitione, nec proditione, nec desertione, nec ignauia, nec rebus suppilatis, nec priuato commodo, nec aliquo flagitio vnquam Republicæ nocuisse. Et si contigerit inter tot procellas vita excedere, hoc liberi mei, hoc posterì, hoc Lutetiæ mater dulcissima, hoc Franci omnes, hoc Christiani omnes, hoc Franca tellus, hoc cælum Franco solo impositum intelligant, & teneant, vixisse me, ac semper viuere voluisse, victurùmque Deo annuente, & moriturum, non schismaticum, vt vos, non hæreticum, vt vestri, sed Christianum, & Catholicum, & verè Francum, Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ & Romanæ in Fide semper hærentem, semper Cathedræ Petri obedientem, semper Beatorum Apostolorum Petri & Pauli pedibus procidentem, & cum hæreticis & schismaticis nullum commercium habentem, Regni que gloriam, & Franci imperij splendorem, magnis animis, votisque omnibus, anhelantem & exoptan-

tem

tem & cupientem. Hæc sunt vltima nostræ voluntatis elogia, rutilantibus literis, cùm Deus voluerit, signanda: hæc sunt vltimæ nostræ cogitationes, omnium auribus insinuandæ, omnium cordibus infingendæ. Quibus omnibus, mea manu scriptis, & lectis, & perlectis, imò relectis, & obsignatis.

*Tango aras, mediósque ignes, & numina testor,
Nulla dies vnquam pacem hanc & sædera rumpet,
Quò res cumque cadant; nec me vis vlla volentem
Auertet, non si tellurem effundat in vndas
Diluuiò miscens, cælúmque in tartara soluat.*

F I N I S.

